



**R. P. Fr. Ioannis Poncii, Corcagia-Hiberni, Ordinis Ff.
Minorvm, Sacræ Theologiæ Lectoris Ivbilati, Olim in
Collegio Romano S. Isidori Primarij Professoris;
Philosophiæ Ad Mentem Scoti Cvrsvs Integer**

Poncius, Joannes

Lugduni, 1659

Dispytationes In Dvos Libros De posteriori resolutione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95688](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95688)

præmissæ sint veræ, impossibile est quin sit vera conclusio, propterea syllogismus est regulatus per Dici de nullo: si autem facta tali resolutione, maior nō sit vera, iudicandū est syllogismos non regulari per illa principia, & cōsequenter illationē non valere, saltē vi formæ.


Ex quibus patet, quod hic syllogismus expositorius non inferat conclusionem formaliter: *Deus est Pater, Deus est Filius, ergo Filius est Pater*, quia non regulatur per *Dici de omni*, non enim est verum quod omne, quod est Deus, sit Pater. Et idem patet de hoc etiam syllogismo expositorio: Tyber fuit Romæ à centū annis, hæc aqua, quæ modo Romæ currit, est Tyber; ergo fuit Romæ à centum annis, quia si resoluatur maior in affirmatiuam vniuersalem, non erit vera, falsum enim est quod omne quod est Tyber fuit Romæ à centum annis.



DISPUTATIONES IN DVOS LIBROS.

DE POSTERIORI RESOLUTIONE.

IN his libris agit Philosophus de *Demonstratione*, quæ est perfectissimum quid ex omnibus, quæ per se in tota Logica tractantur; & quia ad nihil aliud deseruit Demonstratio, quam acquirendam scientiam, propterea communiter solet hic etiam agi de scientia tam actuali quam habituali.



DISPUTATIO XXI. DE DEMONSTRATIONE.

RIVS tractabimus de *Demonstratione*, quàm de scientia actuali, aut habitibus, quia id magis ad Logicam spectat.

QVÆSTIO I.

De Præcognitionibus & Præcognitis.

Omnis cognitio intellectiva sit ex præexistenti cognitione.

SUPpono omnem cognitionem intellectuam, siue sit doctrina, hoc est, notitia propria industria & labore inuēta; siue sit disciplina, hoc est notitia operis Magistri & præceptoris acquisita, ex præexistenti fieri cognitione: nam omnis notitia intellectiva aut est discursiva, & sic fit ex cognitione istarū præmissarum, ex quibus deducitur; aut est iudicativa sine discursu, & sic præsupponit apprehensionem extremorum, quæ iudicantur esse vel non esse connexa; aut denique est simplex apprehensio, & sic præsupponit aliquam cognitionem alicuius sensus externi, quia iuxta vulgatum axioma: *Nihil est in intellectu, quod non fuit in sensu*. Quia ergo per demonstrationem habetur notitia intellectiva, & quidem discursiva, quæ propterea debet præsupponere alias cognitiones, ex quibus fit; queritur quanam potissimum debeant præcognosci ante demonstrationem, & quales cognitiones debent haberi de illis, quæ præcognoscenda sunt. Quæ sane res magis intricata est, quam vilis, & propterea ab ea nos breuiter expediemus.

Non queritur autem de omnibus omnino rebus, quæ præcognosci debent; sed de iis, quarum cognitio per se necessaria est, & sufficeret, modo haberetur absque aliarum rerum cognitione: vnde patet hic non agi de præcognitione sensitiua siue sensus externi, siue interni; quia quamvis necessaria sit pro hoc statu, tamen non est sic necessaria, quin si haberentur aliæ cognitiones intellectuales sine ipsa, illæ solæ sufficerent.

CONCLUSIO

2. Duæ sunt præcognitiones necessario præhabende antequam quis possit demonstrare probare conclusionem aliquam. Hæc est communis, & probatur, quia debet præcognoscere, quid sit subiectum, & quid prædicatum conclusionis; & vterius debet præcognoscere, an præmissæ sint veræ: ergo debet habere duas præcognitiones. Consequentia patet, quia cognitio, quæ cognoscit præmissas esse veras, est distincta à cognitione, quæ cognoscit quid sit subiectum, & quid prædicatum conclusionis. Probatur antecedens, quia si non intelligit quid sit subiectum, & quid prædicatum conclusionis, nunquam potest intelligere præmissas esse veras, & consequenter non potest assentiri illis, nam in vna ex præmissis poni debet prædicatum conclusionis, & in altera subiectum. *Sed in hoc non est difficultas*, sed vtrum debeant dari plures præcognitiones quam duæ: & ratio dubitandi est, quod etiam medius terminus debeat præcognosci; & vterius de ipso subiecto & prædicato conclusionis debeant haberi duæ præcognitiones: vnde, quandoquidem vterius debeant præmissæ cognosci, videntur requiri tres aut quatuor cognitiones.

Possit ad hoc responderi, in conclusione asseri duas, non vero negari plures, quæ vtrum dentur vel non dentur, parui est emolumenti cognoscere.

Possit etiam responderi, licet plures habendæ sint præcognitiones quam duæ, eas tamen reduci ad duas vniuersales, scilicet præcognitionem *an sit*, & ad præcognitionem *quid sit*: nulla enim videtur cognitio prærequisita proxime ad demonstrationem, quæ non sit cognitio *an sit* vel *quid sit* siue dentur plures cognitiones quam duæ, siue non dentur.

CONCLUSIO II.

3. Tria sunt præcognita, scilicet subiectum, ac prædicatum conclusionis, ac præmissa. Hæc etiam est communis, & præcognita patet ex dictis, quia illud, de quo debet haberi præcognitio, est præcognitum.

Dices: etiam medium debet præcognosci. *Respondeo primo* hoc non esse contra conclusionem. *Respondeo secundo*, medium cognosci illa cognitione, qua cognoscitur quid sit subiectum, aut quid sit prædicatum conclusionis; vnde non est præcognitum distinctum à subiecto aut prædicato.

Dices: Duæ sunt præcognitiones, ergo duo tantum erunt præcognita. *Respondeo* negando consequentiam, quia possunt plura cognosci per cognitiones eiusdem rationis, vt etiam in proposito sit, nam cognitio, quæ haberi debet de subiecto conclusionis, est cognitio quid sit, & talis etiam est cognitio, quæ habetur de prædicato conclusionis.

Quæres quid intelligitur per præcognitiones *an sit*, & *quid sit*?

Respondeo per *an sit* intelligi illam cognitionem, qua intelligit quis præmissas esse veras, vel qua intelligit aliquid existere vel posse existere; per *quid sit* vero intelligitur illa cognitio, qua cognoscitur de re quid sit, siue distincte, vt importatur per definitionem, siue confuse, vt importatur per nomen.

QVÆSTIO II.

Quid sit Demonstratio.

4. DVobis modis definiuit Philosophus *Demonstrationem*, primo sic: *Demonstratio est syllogismus faciens scire*, quæ descriptio est desumpta ex fine demonstrationis, qui est generare scientiam; secundo sic: *Demonstratio est syllogismus constans præmissis veris primis, immediatis, prioribus, notioribus, & causis conclusionis*: quæ descriptio est materialis, ostendens qualis debet esse materia, ex qua confici debet demonstratio. Vtrique autem harum demonstrationis descriptionum est bona, quia omni, & soli conuenit; sed posterior magis deservit ad cognoscendum, quomodo debeat confici; & propterea latius explicari solet.

Præmissæ
demonstra-
tionis de-
bent esse
veræ.

Itaque primò dicitur, quod præmissæ demon-
strationis debeant esse veræ, quia licet ex falsis possit sequi
verum aliquando, tamē nunquā propositio falsa potest
esse causa veritatis propositionis veræ; unde cum in de-
monstratione à priori, qualis hic definitur, cognoscat-
ur veritas conclusionis propter causam expressam in
præmissis, non potest fieri, ut præmissæ demon-
strationis sint falsæ: debent ergo esse veræ. Tunc autem præ-
missæ obiectivæ sunt veræ; quando vel, si sunt affirma-
tivæ, prædicata eorum habent connexionem cum sub-
iecto, vel, si sunt negativæ, prædicata non habent
talem connexionem: præmissæ verò formales tunc
erunt veræ, quando sunt conformes suis obiectis.

Itē primæ
res & im-
mediatæ.

5. Secundò dicitur quod debeant esse primæ, & im-
mediatæ, (per quas duas particulas idem significatur, quid-
quid dicant aliqui alij) hoc est, debent esse indemon-
strabiles à priori, & hoc vel formaliter, vel virtualiter:
formaliter aliqua propositio est indemonstrabilis à
priori, quando re vera non possunt dari alia propo-
sitiones, quibus à priori demonstretur: & sic hæc propo-
sicio est prima & immediata: homo est animal rationa-
le; & hæc animal rationale est risibile, ex suppositione
quod risibilitas sit passio immediata fluens à rationalitate.
Virtualiter verò aliqua propositio est indemonstra-
bilis à priori, quādo re vera potest demonstrari per alias
propositiones, sed quis eā actu demonstravit, & recor-
datur se eam demonstrasse? Quod autem utraque hæc
indemonstrabilitas sufficiat, patet ex Philosopho 1.
Topic. ubi describens demonstrationē ait eam esse ex pri-
mis, veris, aut ex ijs quæ deducuntur ex primis & veris.

Itē prio-
res & no-
tiores.

Tertiò dicitur quod debeant esse priores & notiores
conclusioni; priores quidem, quia ex ijs procedimus
ad conclusionem; notiores verò, quia dependent
à notitia eorum devenimus ad notitiam conclusionis
ita, ut non possimus scire conclusionem; nisi ijs cog-
nitis, possimus verò eas cognoscere, quamvis nescire-
mus conclusionem; quotiescumque autem aliquid ne-
quit cognosci, nisi aliud cognoscatur, aliud vero potest
cognosci sine ipso, certum est illud aliud esse notius ip-
so, quia est facilius cognoscibile: idem autem est hic
aliquid esse notius ac facilius noscibile, vel tale, quod
prius potest ac debet cognosci.

Propter
quod vnu-
quodque
tale, &
illud ma-
gis.

Philosophus probavit hanc conditionem vulgari illo
axioma: Propter quod unumquodque tale, & illud ma-
gis: ergo cum propter præmissas conclusio si nota, ipsæ
debeant esse magis notæ.

6. Sed cōtra istud axioma obijci potest, quod Filius sit ho-
mo propter Patrem, & tamen non propterea Pater est
magis homo, quam Filius: similiter homo sit ebrius
propter vinum, & tamen vinum non est magis ebriū.
Deinde homo moritur propter infirmitatem, & tamen
ipsa infirmitas non moritur magis: denique Petrus est
homo propterea quod sit animal rationale, & est cor-
ruptibilis propter materiam, & tamē animal rationale
nō est magis homo, neque materia est magis corrupti-
bilis quā homo: ergo non videtur illud axioma valere.

Respondet illud non habere locum, nisi occurrenti-
bus quibusdam conditionibus, quarum prima est, quod
illa ratio, quæ dicitur magis convenire vni, quam al-
teri, conveniat utrique, & defectu huius non currit
axioma in illis exemplis de ebrietate, & infirmitate, &
materia prima. Secunda conditio est, ut illa ratio susci-
piat magis, & minus, & defectu huius non currit in ex-
emplo de homine. Tertia conditio est, ut illa ratio, quæ
dicitur magis convenire, non sit eadem numero, quæ
convenit alteri, & defectu huius non sequitur: homo
est risibilis propter rationale: ergo rationale est magis
risibile, quia eadem numero risibilitas convenit utriq;

7. Dices: aliquod calidum posset tātum caloris in alio
producere, quantum ipsummet haberet, & in tali casu
propter ipsum, illud aliud esset calidum, & tamen ipsum
non esset magis calidū, sed æquē calidum, non obstante
quod esse calidum susceperet magis & minus; & quod
utriq; competere; & quod non esset idem numero cal-
or in utroq;. Propter hoc existimo addendam quartam

conditionem, quæ tamen communiter non additur, ni-
mirum quod illud, quod dicitur magis tale, non com-
municet illam formam, secundum quam dicitur tale,
alteri in eodem gradu, quo sibi communicatur.

Possit tamen breviter dici quod Philosophus non
intellexerit suum axioma, nisi in illa materia determi-
nata, de qua illud protulit, ita, ut tantum intellexerit per
illud, quod propter quod unumquodque est tale, id est
notum, & illud magis tale, id est magis notum: quo qui-
dem sensu est verissimum, quia, ut dixi, illud dicitur
notius alio, quod prius cognoscitur, & minori cum de-
pendentiā; illud autem, propter quod cognitum aliud
est notum, prius cognoscitur, & minori cum dependen-
tia, & propterea debet esse notius.

Ex quo sequitur quod præmissæ sint etiam eviden-
tiores conclusioni, quia illud est magis evidens, quod
magis apparet; illud autem magis apparet, quod minus
requirit, ut appareat, & illud minus requirit ut appareat,
quod minus dependet ut appareat; cum ergo conclusio
dependeat à præmissis, ut appareat, non est contra, sequi-
tur præmissas esse evidētiores.

Præmissæ
sunt evi-
dētiores
conclu-
sionibus.

Dices: hinc sequeretur quod, quo magis esset aliqua
conclusio remota à principiis, eo minus esset evidens,
& nota, & consequenter quod esset aliqua conclusio,
quæ nullam haberet evidentiā.

Respondet concedendo sequelam, & negando conse-
quentiam, quia licet vltima conclusio haberet minorem,
haberet tamen aliquā: quod si daretur aliqua conclusio,
ante quam essent infinitæ conclusiones demonstrandæ,
profecto nisi esset aliquis intellectus, qui posset demō-
strare omnes illas conclusiones, nihil prorsus haberet
evidentiæ: sed casus est impossibilis, ut fateri debent
omnes: eo tamen admisso concedendum esset primam
conclusionē infinites excedere in evidentiā illam aliam
conclusionem, nec de hoc dubitari potest in hoc sensu.

8. Quæres, utrum sint etiam certiores & veriores?

Respondet negativè, non quod existimem vnam propo-
sitionem non posse esse certiores altera, quia secundum
communem Theologorum opinionem propositio credi-
ta ob fidem divinam est certior, quam propositio sci-
ta lumine naturali. Cuius ratio est (ut omittam autho-
ritates, quæ citari solent in materia de Fide) quod illa
propositio sit certior & verior, cuius certitudo & veri-
tas dependet à principio magis infallibili, quam prin-
cipium, à quo dependet veritas alterius: cum ergo veri-
tas divina revelans, quæ est principium, cui innititur pro-
positio fidei, ut talis, magis sit indefectibilis, quia infi-
nita, quā principium naturale quod non est infinitum,
sequitur propositionem de fide esse magis certam
& veram, quam propositio aliquam lumine naturali nota.

Præmissæ
non sunt
certiores
nec verio-
res conclu-
sione.

Ratio ergo quæ me movet ad respondendum quæsi-
to hoc modo, est, quod conclusio, ut talis, non sit mi-
nus necessariæ connexionis, quam præmissæ, nec inni-
tatur aliis principiis quam ipsæmet præmissis; & pro-
pterea non video, cur non esset tam vera ac certa, ac
ipsæmet præmissæ sunt.

Ex conditionibus requisitis ad præmissas demon-
strationes restat vltima, nimirum quod debeant esse cau-
sæ conclusionis: quam sequenti quæstione examinabi-
mus.

Advertendum autem hic, quod veritas actus potest
considerari dupliciter, primò ut dicit conformitatem ad
obiectum materiale terminativum; & sic considerata
veritate, unus actus non potest esse verior altero: alio
modo, ut dicit ordinem ad obiectum formale, seu ad mo-
dum, quo habetur, seu principia quibus innititur; & sic
unus actus potest esse verior altero, si innititur veriori-
bus principiis aut certioribus.

QVÆSTIO III.

Quomodo præmissæ debeant esse causæ conclusionis.

9. Non quæritur utrum præmissæ sint causæ deter-
minantes intellectum ad assensum conclusionis,
nec in quo genere causæ eum determinent, quia de hoc
actum est præcedenti disputatione: sed utrum præmissæ
sint causæ, quare à parte rei conclusio sit vera, & si sint,
utrum

utrum sint actualis causa an virtualis; per se, an per accidens, particularis, an vniuersalis. Pro quo aduertendum est, quid intelligatur per huiusmodi causas. Itaque per

Quid causam actualem intelligitur, quæ vere & realiter per influxum physicum efficit aut causat, ut prædicatum conclusionis inest subiecto eius, taliter ut possit de ipso prædicari.

Quid virtualis. Sic Sol est causa lucis, ignis caloris. Per causam virtualem intelligitur causa, quæ per influxum realem non causat talem connexionem inter prædicatum & subiectum conclusionis, licet reuera ab ipso procedat, ut sit talis conexio taliter, ut si ipsum non esset, non esset etiam talis conexio. Sic rationale dicitur causa risibilitatis, essentia diuina causa intellectus & voluntatis dilataris, essentia diuina causa intellectus & voluntatis dilataris.

Quid causa per se. Per causam per se intelligitur illa causa, quæ ex se ordinatur ad aliquem effectum; per causam vero per accidens intelligitur, quæ ex se non ordinatur ad effectum & tamen vel coniungitur casu aliquo cum causa per se respiciente illum effectum, & sic Rhetor dicitur ædificator, vel effectus, cuius dicitur esse causa per accidens, coniungitur casu aliquo cum effectu per se talis causæ, & sic fodiens terram dicitur causa inuentionis thesauri.

Quid causa per se vniuersalis. Causa per se diuiditur in vniuersalem & Particularem. Vniuersalis est, quæ per se quidem respicit effectum, sed non magis respicit vnum, quam alterum ex se, nisi determinetur aliunde. Sic Deus & Sol dicuntur causæ vniuersales rerum sublunarium communiter, quas iuxta

Quid particularis. exigentiam causarum particularium efficiunt, nunc has nunc illas. Causa particularis est, quæ est determinata ad quosdam effectus speciales ex natura sua, ut ignis ad calorem & ignem, aqua ad aquam & frigus; & huiusmodi causa particularis est duplex, proxima, à qua res proxime & immediate dependet, ut se habet rationalitas ad risibilitatem; & remota, à qua non dependet res nisi remote & mediate, ut se habet animal ad risibilitatem. Rursus causa proxima & remota potest esse conuertibilis cum effectu, nam quædam potest esse conuertibilis cum effectu, ita scilicet, ut nec effectus possit esse sine ipsa, nec ipsa sine effectu, & sic se habet rationalitas ad risibilitatem, admiratiuitatem, & ceteras hominis proprietates; quædam etiam potest non esse conuertibilis cum effectu, & taliter se habet animal ad risibilitatem; quandoquidem licet risibilitas nequeat esse sine animalitate, potest tamen animalitas esse sine risibilitate.

CONCLUSIO I.

Premissa 10. Premissa demonstrationis propter quid, seu à priori, quæ demonstratio in cognoscendo ita scilicet, ut determinent intellectum ad cognoscendum quod conclusio sit vera; sed etiam in essendo, ita scilicet, ut in illis exprimaturs causa, ratione cuius à parte rei sit conexio inter prædicatum & subiectum conclusionis. Hæc est communis, & probatur, quia alio modo præmissæ debent esse causæ conclusionis in demonstratione à priori, ac in demonstratione à posteriori. Sed in hac sunt causæ conclusionis in cognoscendo: ergo in illa debent esse in essendo.

Confirmatur, quia ideo dicitur demonstratio à priori esse talis, quia in ea conclusio cognoscitur propter causam ipsius in essendo, nam alias non magis esset propter quid, quam demonstratio à posteriori.

CONCLUSIO II.

11. Ad veram demonstrationem à priori sufficit, quod præmissæ sint causæ virtuales conclusionis in essendo. Hæc est etiam communis, & probatur, quia in Metaphysica habetur vera scientia à priori de ente, quod sit vnum verum, & bonum, & tamen præmissæ, quibus mediante habetur talis scientia, non sunt causæ actuales, sed tantum virtuales. Similiter demonstratio, quæ demonstraretur de homine per rationale, quod esset risibile, & de corpore naturali, quod esset mobile propter naturalitatem, esset vera demonstratio, & tamen neque rationalitas est causa actualis risibilitatis, nec naturalitas mobilitatis, quandoquidem risibilitas idèrificetur rationalitati, & mobilitas naturalitati corporis.

Obijciat: Per demonstrationem à priori scitur conclusio

proprie: ergo per causam propriam, & consequenter per actualem, quia virtualis causa non est proprie dicta causa.

Respondeo distinguendo consequens per causam propriam realiter influentem, nego consequentiam; per causam propriam, à qua aliquo modo emanat, & ratione cuius extrema conclusionis habent connexionem, concedo, & nego secundam consequentiam; & similiter distinguo eius probationem.

CONCLUSIO III.

12. Non sufficit ad demonstrationem causæ per accidens. Hæc est communis, & patet quia demonstratio debet ostenderem per causam, per quam sit ita, ut non contingat aliter fieri: saltem naturaliter: sed talis non est causa per accidens, ut patet.

Confirmatur, quia causa, per quam demonstratur effectus à priori, potest per talem effectum à posteriori demonstrari: sed causa per accidens non potest sic demonstrari per effectum, nec enim aut ex ædificatione potest colligi, quod quis sit Rhetor, aut ex inuentione thesauri, quod quis foderit.

CONCLUSIO V.

13. Nec causa vniuersalis nec causa particularis non conuertibilis sufficit ad demonstrationem à priori, sed requiritur causa particularis conuertibilis. Hæc quoque communis est, & probatur prima pars, quia ut demonstretur aliquid proprie, debet assignari talis causa, quæ quietet intellectum: sed causa vniuersalis non quietat, nullus enim intellectus quietaretur, si interroganti cur nasceretur monstrum, assignaretur pro causa influxus Dei aut Solis. Probatur secunda pars, quia per demonstrationem ostenditur causa specialis, unde provenit conexio prædicati & subiecti conclusionis: causa autem remota non est talis, quandoquidem possit esse sine effectu. Verum quidem est, quod posset demonstrari absentia alicuius effectus ob absentiam talis causæ remotæ, euidenter enim sequitur, quod lapis non sit risibilis, ex eo, quod nihil sit risibile nisi animal, & quod lapis non sit animal; sed hic loquimur de demonstratione positiva non negatiua. Ex his sequitur manifeste tertia pars.

Aduertendum tamen primo, causas vniuersales habere posse aliquos effectus particulares, ad quos ex se determinantur, & qui propterea possunt per ipsas demonstrari; sed respectu horum non se habent, ut causæ vniuersales, sed ut particulares.

Aduertendum secundo, posse effectum esse conuertibilem cum causa dupliciter, primo simpliciter & sine hypothese, ut quando neutrum posset esse sine altero vilo modo. Secundò ex hypothese, & secundum quid, quando scilicet effectus posset esse sine causa, quia scilicet alia causa producere ipsum posset, quæ tamen causa non esset præsens, ut posset ipsum actu producere, aut si esset, non veller ipsum producere, & per causam cum qua esset conuertibilis hoc modo, posset demonstrari, si ostenderetur euidenter, quod alia causa non produceret ipsum.

13. Præter has condiciones demonstrationis Philosophus 1. *Post. cap. 4.* ait demonstrationem à se definitam debere constare præmissis necessariis, & subiungit propositionem, ut esset necessaria sufficienter, debere esse de omni, per se, & de vniuersali; quæ tres condiciones ad maiorem demonstrationis notitiam explicandæ sunt. Itaque propositio de omni est illa, cuius prædicatum non est (inquit Philosophus) in aliquo quidem sic, in aliquo vero non; neque aliquando sic, aliquando non; id est, cuius prædicatum inest omni subiecto & semper, ut risibilitas competit homini. Requiritur ergo ad propositionem de omni duplex vniuersalitas, vna ex parte subiecti, quia scilicet omni subiecto tali debet competere; & altera ex parte temporis, quia debet competere ipsi omni tempore. Hæc tamē vniuersalitas temporis est triplex; quædam, quando prædicatum competit subiecto omni omnino tempore, & talem vniuersalitatem habet hæc propositio: homo est risibilis; quædam, quando competit ipsi sæpe in ali

non sufficit ut sint causæ per accidens.

Debet esse causæ conuertibilis.

Posset aliter quando demonstrari effectus per causam non conuertibilem.

Quid est propositio de omni.

Ad eam duplex vniuersalitas requiritur.

in aliquo determinato tempore, & talem vniuersalitatē habet hæc propositio: Luna eclipsatur: quædam denique, quando competit ipsi semper statuto aliquo tempore, nisi causa aliqua naturalis impediatur, quæ ut plurimum impedire non solet: huiusmodi vniuersalitatē habet hæc propositio: tempus est pluuiosum in hyeme, & calidum in æstate; senes sunt cani.

Quantum ad secundam conditionem, propositio per se potest esse quadrupliciter: Primo, cum prædicatum est de essentia subiecti, ut cum dicitur, homo est ens: homo est animal, homo est rationalis. *Secundo*, quando prædicatum non est de essentia subiecti, sed ab eius essentia emanat & profluit necessariò, ut cum dicitur, homo est risibilis, admiratiuus, &c. *Tertio*, quando prædicatur existentia de aliquo, quod non est natum inherere alteri, ut cum dicitur: homo est, substantia est existens. *Quarto*, quando prædicatur effectus de sua per se causa ut cum dicitur, iugulatus interit, lapidatus male habuit. Ex his autem quatuor modis, quibus propositio potest dici per se, soli duo primi modi sufficiunt ad necessitatem requisitam in præmissis demonstrationis: nam certum est, quod sit omnino contingens ut homo existat, & quod propterea propositio id asserens non sit necessaria; vnde rejicitur tertius modus. Deinde effectus & causa sæpe non conuertuntur, & propterea in propositionibus tertij modi non esset sufficiens necessitas: potest enim aliquis interire, qui non sit iugulatus, & potest etiam aliquis lapidari, & non male se habere.

Quantum denique ad tertiam conditionem, propositio tum est de vniuersali, quando prædicatum conuenit omni subiecto per se primo, aut secundo modo, & secundum quod ipsum; vnde hæc propositio non est de vniuersali: homo vigilat, quia non competit omni; neque hæc: homo est coloratus, quia licet id competat omni homini, non tamen per se; nec denique hæc: homo est sensitiuus, quia licet competat id per se omni homini, non tamen secundum quod ipse, id est, secundum quod homo, quia aliquid est sensitiuum, quod non est homo; hæc autem propositio est de vniuersali: homo est rationalis, homo est risibilis. Potissima autem via ad colligendum, quod prædicatum non conueniat subiecto, secundum quod ipsum est, si reperiamus quod conueniat alteri à subiecto, aut si reperiamus quod non sit conuertibile cum ipso.

QVÆSTIO IV.

De speciebus Demonstrationis ut sic, & de medio eiusdem.

Communitè diuiditur Demonstratio in Demonstrationem propter quid, & in demonstrationem quia & per demonstrationem propter quid intelligitur illa, in qua scitur conclusio propter causam proximam & adæquatam, à qua prouenit, quod extrema eius sint cònexa: per demonstrationem verò quia intelligitur illa, per quam sciretur quidem certò, & infallibiliter conclusio esse vera, non tamen cognosceretur causa proxima & adæquata veritatis eius: sed vel à posteriori procedit, hoc est ab effectu, vel à causa aliqua remota, ut cum ostenderetur, quod lapis non esset risibilis ex eo, quod non esset animal. Quidam autem antiqui negant huiusmodi demonstrationem, quia Philosophus enumeratis conditionibus requisitis ad demonstrationem propter quid & à priori, primo Post. tex. 9. ait: *Sine his syllogismus quidem erit; demonstratio autem non erit, non enim faciet scientiam.* Verum manifestum est, quod ibi loquatur de demonstratione & scientia perfectissima, & per hoc horum authorum fundamentum corrui.

CONCLUSIO.

Demonstratio quia, est vera demonstratio, & demonstratio ut sic, adæquate diuiditur in eam, & demonstrationem propter quid. Hæc est communis & probatur prima pars tum autoritate Philosophi id expresse fatentis primo Post. tex. 95. & 96. tum etiam quia per demonstrationem nihil aliud intelligimus quam orationem, in qua ex præmissis certis, & euidētibus deducitur conclusio certa & euidens: sed manifestum est demonstrationem, in qua ex effectu colligeretur causa, posse esse talem, verbi gratia hanc: omne risibile est rationale, omnis homo est risibi-

lis: ergo omnis homo est rationalis; & hanc nullum ens est risibile, quod non est animal: nullus lapis est animal ergo nullus lapis est risibilis, ergo demonstratio quia est demonstratio.

Confirmatur: notitia habita per talem syllogismum est scientia, quia est cognitio discursiua euidens, & certa opposita opinioni, & fidei: ergo syllogismus ille est demonstratio: probatur consequentia, quia demonstratio ut sic est syllogismus faciens scire.

Probatur secunda pars, quia non potest dari vlla demonstratio, in qua non demonstretur conclusio per causam proximam, & adæquatam eius, vel sine tali causa, si primum fiat, erit demonstratio propter quid; si secundum, erit demonstratio quia: ergo adæquate diuiditur demonstratio ut sic in vtramque.

Si autem queratur, quomodo distinguantur. *Respondetur* quod ex parte forma non necessario distinguantur, quia possunt fieri in eodem modo, & figura, verbi gratia in *Barbara* aut *Celarent*: ex parte tamen materiæ distinguuntur specie, quia vna est essentialiter nata generare perfectissimam scientiam, altera non sic.

Aduertendum autem, ut descendamus ad secundam partem quæstionis, demonstrationem propter quid esse multiplicem: nam quædam est, in qua demonstratur proprietas de subiecto, à quo emanat, & sane hæc demonstratio est potissima, & præcipua demonstratio; quædam autem in qua demonstratur aliquid aliud de subiecto, quod non sit proprietas eius. Rursus quædam est in qua probatur effectus simpliciter conuertibilis, id est, qui nequit esse vllò modo sine causa per quam demonstratur; & quædam in qua Demonstratur effectus, qui licet simpliciter posset reperiri sine illa causa, naturaliter tamen non potest.

CONCLUSIO II.

17. Medium in demonstratione potissima debet esse, vel definitio subiecti, vel aliquid demonstratum, per illam tantum per medium. Hæc est Doctoris multis locis & probatur, quia passio non potest demonstrari per aliam causam à priori, nisi per illam definitionem: ergo quandoquidem in demonstratione potissima demonstratur passio, non potest aliud esse medium talis demonstrationis, quam definitio subiecti: & certe hinc fit, ut quoties dubitatur vtrum aliqua proprietas competat alicui rei, recurratur ad eius definitionem; & non ob aliam causam tradidit Philosophus præcepta de definitione, quam quia est medium demonstrationis potissimæ.

Dices, passionis definitionem sufficere ad probandum ipsam de subiecto; verbi gratia aptitudo ad ridendum, quæ est definitio risibilitatis, potest esse medium ad probandum, quod risibilitas conueniat homini.

Respondetur hoc negando, quia causa, cur risibilitas conueniat homini, non est quod sit aptitudo ad ridendum, sed quod homo sit animal rationale.

Confirmatur conclusio, quia demonstratio potissima est, quæ generat perfectissimam scientiam, quæ non potest aliter vlla ratione se habere: sed nulla demonstratio potest hoc præstare, nisi illa cuius medium sit definitio subiecti, ut patet discurrendo per omnes demonstrationes, quæ ab aduersariis assignari possunt, in quibus non ponitur definitio subiecti pro medio.

Ex hoc patet, non posse per omnia causatum genera demonstrari conclusio vlla demonstratione potissima, nisi quatenus posset definitio subiecti habere rationem omnium istarum causarum, prout aliqui asserunt dicentes, quod habeat rationem causæ materialis, quatenus est quæ recipit in se ipsam passionem: formalis, quatenus est ratio formalis, ob quam competit subiecto, habere talem proprietatem; efficientis, quatenus est principium à quo emanat proprietates, finalis denique, quatenus ad complementum eius ordinatur proprietates illa.

Dices, posse demonstrari de homine per finem extrinsecum eius, nempe per beatitudinem, & per hoc quod habeat intellectum, & voluntatem, quod sit potens elicere actus liberos.

Respondetur, quod non per demonstrationem potissimam, nisi

Quadrupliciter potest esse per se.

Quando propositio est de vniuersali.

Quomodo distinguantur demonstratio quia & propter quid.

Multiplex demonstratio propter quid.

nisi quatenus prius demonstraretur per suam definitionem tanquam per medium quod haberet intellectum & voluntatem, aut quod esset ordinabilis ad beatitudinem nam quod habeat intellectum, & voluntatem, aut quod sit ordinabilis ad beatitudinem, est demonstrabile de ipso per suam definitionem à priori, & consequenter non sunt præmissæ sufficientes ad demonstrationem, ut patet ex dictis qu. 2.

18. *Obijcies ex Zabarella*: demonstrationes, quibus ostenditur eclipsim inesse Lunæ ob interpositionem terræ inter eam, & Solem & tonitru inesse nubi propter extinctionem ignis, & folia arborum cadere propter humoris congelationem, esse propriissimas, & perfectissimas demonstrationes, & tamen in iis non demonstratur propria passio per definitionem subiecti. Probatur maior, quia Philosophus illis demonstrationibus accommodat omnia præcepta demonstrationis potissimæ à se definitæ: ergo sunt tales demonstrationes.

Respondeo negando maiorem: quia scientia, quæ habetur de conclusionibus prædictorum discursuum, non est simpliciter necessaria, neque propositiones ex quibus cōficiuntur, sunt simpliciter necessariae, quia sine dubio posset Luna eclipsari, quamvis terra non interponeretur, & posset etiam non eclipsari, quāvis interponeretur terra de potentia absoluta: posset etiam folia arborum cadere non congelato humore, & eo congelato non cadere; similiterque dicendum de tonitru in nube, & de omnibus similibus. Philosophus autem accommodavit iis præcepta demonstrationis potissimæ, non quasi essent tales, sed quod quemadmodum in iis discursibus ostendebatur effectus per causam: (ut communiter reputabatur, & forte etiam verum est naturaliter loquendo) ita in demonstratione potissimæ medium erat causa effectus demonstrati in ea; licet esset maximum discrimen, quia in demonstratione illa de eclipsi, & reliquis illis, medium erat causa extrinseca, & non simpliciter cōuertibilis; in demonstratione verò potissimæ medium esse deberet causa intrinseca, & simpliciter cōuertibilis. Si quis tamen vellet per demonstrationem potissimā accipere illam, in qua ostenderetur effectus per causam cōuertibilem siue simpliciter, siue naturaliter tantum, sine dubio prædicti discursus essent demonstrationes potissimæ. Sed certe in questione de nomine peiorem partem haberet, ut ex tractatu de Scientia magis cōstabit, licet de tali questione non sit malum curandum.

De medio demonstrationis quia, sufficit advertere, quod si effectus ille, quo mediante probatur causa, vel causa remota, ex cuius carentia ostenditur effectus: ille autem effectus debet esse talis, ut non possit esse simpliciter, quin sit talis causa, siue causa possit esse sine effectū, siue non.

QVÆSTIO V.

Verum datur regressus demonstratiuus.

Regressus demonstratiuus est processus, in quo id, quod fuit demonstratum in vna demonstratione, sumitur pro principio ad probandum aliquam ex præmissis quibus ipsummet erat demonstratum, ut si quis postquam demonstrauit omnem hominem esse rationalem, quia omnis homo est risibilis, postea vellet demonstrare omnem hominem esse risibilem, quia omnis homo est rationalis.

CONCLUSIO.

19. *Huiusmodi regressus valet & utilis est scientiis, quoties habetur sufficiens cognitio de præmissis prima demonstrationis independentem à secunda demonstratione, quoties autem non datur talis cognitio, non valet.*

Hæc in terminis est nullius, quod sciam; probatur tamen quoad primam partem, quia in tali casu conclusio prioris demonstrationis est certa & euidēs intellectui: ergo potest esse præmissa sufficiens ad demonstrandam quācumque conclusionem, quæ sequitur ad ipsam: sed vna ex præmissis sequitur necessariò, & infallibiliter ad ipsam: ergo vna ex illis præmissis potest demonstrari per ipsam,

& consequenter dari potest regressus demonstratiuus in tali casu. Quod autem sit utilis patet, quia vtile est cognoscere demonstratiue conclusionem quācumque via.

Probatur conclusio, quoad secundam partem, quia non potest haberi prima demonstratio sine præmissis notis; sed si non essent notæ præmissæ independentem à secunda demonstratione, non essent sufficienter notæ: ergo non posset haberi prima demonstratio, & consequenter implicat fieri regressum demonstratiuum in tali casu.

20. *Obijcies contram primam partem*: præmissæ demonstrationis primæ sunt notæ euidenter, & certitudinaliter intellectui ante secundam demonstrationem: ergo superflue demonstraretur per secundam demonstrationem.

Confirmatur, quia sunt notiores, quàm conclusio demonstrata: ergo conclusio demonstrata non potest esse principium ad demonstrandam vllam ex ipsis. Probatur consequentia, quia ut esset principium, deberet esse notius, & consequenter notius & ignotius, quod est absurdum.

Respondeo negando consequentiam: nam quo plures habemus vias ad cognoscendum aliquid, eo melius.

Ad confirmationem aliqui respondent præmissas posse esse notiores conclusionem demonstrata in vno genere, & ignotiores in alio genere, ac propterea in illo alio genere eas posse demonstrari per conclusionem: si autem queratur in quo genere sunt notiores, & in quo ignotiores, dicunt quod possunt esse notiores natura, & ignotiores quoad nos, verbi gratia in hac demonstratione: omne rationale est risibile, omnis homo est rationalis, ergo risibilis. præmissæ sunt natura sua notiores quàm conclusio, conclusio vero notior quoad nos, quia ex risibilitate colligimus rationalitatem. Vnde non est mirum quod per rationalitatem possit probari risibilitas, & e contra per risibilitatem rationalitas.

21. *Verum hæc solutio*, quamvis sit communis, & propter eam multi teneant oppositū secundæ partis conclusionis, non videtur subsistere: nam non sufficit, ut aliquid sit principium demonstrationis, quod sit notius conclusionem natura, sed debet esse notius demonstranti, alias nunquam demonstrabit. ut enim assentiri conclusioni demonstrationis, debet assentiri præmissis: quomodo autem potest assentiri præmissæ, si quoad ipsum non sit nota? Itaque existimo esse omnino impossibile regressum demonstratiuum, siue in eodem, siue in diuerso genere causæ, nisi iuxta limitationem conclusionis.

Alij respondent quod præmissæ demonstrationis à priori sint notiores quoad cognitionem distinctā quàm conclusio; hæc vero quoad cognitionem confusam potest esse notior quàm præmissæ; & consequenter ad demonstrandam aliquam ex præmissis illis potest assumi conclusio, ut cognita cognitione confusa, & ad demonstrandam conclusionem, seu ad faciendum quod intellectus habeat cognitionem distinctam de ea, potest assumi præmissa antea per ipsam demonstrata.

Hæc solutio quamvis vera esset, non præiudicaret conclusioni, quia supponit cognitionem sufficientem haberi de præmissis primæ demonstrationis independentem à secunda demonstratione, quod est intentū conclusionis. Sed reuera tamen ex alio capite videtur valde difficilis: nam asserit cognitionem confusam præmissæ sufficere posse ad causandam cognitionem distinctam, conclusionis, quod videtur fieri non posse. Deinde cognitio illa distincta, quæ haberetur de conclusione per cognitionem confusam præmissæ, non posset assumi ad generandā cognitionem distinctam præmissæ, quandoquidē alias cognitio confusa præmissæ concurreret ad causandam cognitionem distinctā eiusdem præmissæ. Rursus valde difficulter declarari potest, quomodo præmissæ demonstrationis possunt confuse cognosci, quandoquidem debeant esse propositiones per se notæ.

Sed vt res ipsa melius adhuc appareat, examinemus eam in exemplo demonstrationis, quæ aliquis velit demonstrare à priori hanc conclusionem: Luna eclipsari potest, hoc modo: potest eclipsari, si potest interponi terra inter ipsam, & Solē sic, ut illuminari non possit à Solē.

Regressus demonstratiuus quando valet, & quando non.

Sole; sed potest sic interponi terra: ergo potest eclipsari. Si cognitio habita de hac conclusione sit distincta, vel est distincta quatenus termini ipsius apprehenduntur clare, vel quatenus cognoscitur certo per eam, quod conclusio sit vera, vel quatenus non solum cognoscitur esse vera, sed cognoscitur causa cur sit vera. Si quatenus termini apprehenduntur clare, & cognoscitur certo veritas conclusionis, certe præmissæ etiam sunt cognitæ distincte & non confuse, quia tam bene apprehenduntur termini earum, & tam certo cognoscuntur esse veræ; si quatenus cognoscitur causa veritatis, ergo non potest haberi illa cognitio absque cognitione illa præmissarum, quibus mediantibus cognoscitur illa causa. Tunc sic, quando illa sic cognita assumeretur ad probandam præmissam, verbi gratia ad probandum quod possit poni terra inter Lunam & Solem, haberetur cognitio confusa de illa propositione, & cognitio, distincta: confusa quidem, quia haberetur illa cognitio quæ requirebatur ad cognitionem illius conclusionis: Luna potest eclipsari; distincta vero, quia haberetur cognitio altera habita per cognitionem illâ distinctam.

Itaque respondeo aliter distinguendo consequens; ut demonstrata, concedo: ut cognita alio modo quam per illam præmissam quam demonstrat, nego consequentiam; & concessa probatione eius, distinguo ultimum consequens: esset notius & ignotius secundum diversas cognitiones, concedo; secundum cognitiones eiusdem rationis, nego. Præmissæ ergo primæ demonstrationis essent notiores conclusionis, quatenus conclusio non cognoscitur nisi per illas; quatenus vero cognosceretur aliunde, & propter eam sic cognitam cognosceretur præmissæ, esset notior præmissis.

Hic autem obiter advertendum, regressum demonstrationum in hoc distingui à circulo inutili, quem à veteribus aliquibus admissum Philosophus reprobatur, quod in circulo non supponatur alia cognitio de aliqua ex præmissis primæ demonstrationis, quam quæ habetur per secundam, & quod non supponatur alia cognitio de præmissa aliqua secundæ demonstrationis, quæ quæ habetur per primam; in regressu autem demonstratio non ita fiat, ut patet ex conclusione, & dictis.



DISPUTATIO XXII.

DE SCIENTIA.



Otum artificium Logicum, de quo in præcedentibus disputationibus, ad nihil aliud deseruit quam ad acquirendam scientiam & opinionem absque periculo erroris: quare non erit abs re hic de ipsamet scientia tam habituali quam actuali agere; & pauca etiam de opinione addere, nec non & fide, propter similitudinem, quam habet cum scientia & opinione.

QVÆSTIO I.

Quid sit, & utrum detur de nouo scientia.

1. **T**Res difficultates comprehendit hæc quæstio: prima est de natura scientiæ; secunda de existentia eius, & tertia de noua acquisitione ipsius.

Pro resolutione primæ difficultatis advertendum est ex *Doctore in 3. diff. 14. q. 1.* scientiæ nomen latissime patere, & plures habere significationes diuersissimas: *Primo* enim capitur pro quocunque actu, quo quis iudicat propositionem aliquam esse veram vel falsam, siue actus ille sit discursiuus, siue non discursiuus, siue certus, siue incertus, siue obscurus, siue euidens, & hoc modo dicimur scire quæ opinamur & credimus. *Secundo* capitur pro solis & omnibus cognitionibus certis & euidens, & sic actus fidei & opinionis non sunt scientiæ; bene tamē cognitiones primorum principiorum, & conclusionum ex

illis deductarum. *Tertio* pro noticia discursiua certa & euidens, siue sit discursiua à priori, siue à posteriori, & sic actus, quibus assentimur primis principiis, non sunt scientiæ, bene tamen actus, quibus assentimur conclusioni demonstrationis tam quia, quam propter quid. *Quarto* denique accipitur strictissime pro sola noticia discursiua certa & euidens habita per demonstrationem propter quid & à priori.

Ex quibus ipsis explicationibus scientiæ secundum varias eius acceptiones, patet etiam quid sit scientia, in quacunque ex illis acceptionibus; & solum dubitari poterit, in qua acceptione ex illis accipitur scientia, prout definita est à Philosopho 1. *Post. tex. 5.* & an definitio ibi ab ipso tradita sit bona. Est autem hæc ipsius definitio: *Scientia est cognitio rei, per causam, per quam res est ita, ut non possit aliter se habere.*

CONCLUSIO

2. *Hæc descriptio scientiæ est bona, sumpta scientia in quarta acceptione.* Hæc est communissima cum Philosopho supra, & probatur, quia omni & soli conuenit, & abique superfluitate explicat eius naturam, quatenus distinguitur ab omni alia re.

Dicitur *cognitio*, quod intelligendum est de cognitione proprie dictæ, quæ est intellectiua, & per hoc distinguitur ab omnibus aliis rebus, quæ non sunt talis cognitio, & conuenit cum omni cognitione intellectiua, ut cum intellecta principiorum, fide, opinione, &c.

Dicitur *rei per causam*, per quod denotatur quod scientia hic descripta debeat esse cognitio habita de aliqua propositione, ex eo quod cognoscatur causa connexionis prædicati, & subiecti talis propositionis, & per hoc distinguitur à fide, quæ est cognitio alicuius propositionis habita, non ex eo quod videatur causa veritatis istius propositionis, sed ex eo quod aliquis dixit talem propositionem esse veram. Distinguitur etiam per hoc, & ab intellectu principiorum, hoc est ab illa cognitione, quam habemus de principiis ob euidentiā ipsorum, seu ob euidenter connexionem primorum principiorum, quam habent ex seipsis independentem ab aliquo medio, ex quo posset inferri; & à scientia à posteriori, qua cognoscitur veritas alicuius propositionis, ex eo quod videatur aliquis affectus, qui esse non posset absque tali veritate, Nam quamvis possit dici quod illa cognitio habeatur per causam, quæ determinat intellectum ad habendam illam cognitionem, tamen non potest dici quod illa cognitio sit cognitio rei seu propositionis cognitæ per causam; v.g. quando aliquis cognoscit terram esse interpositam inter Solem, & Lunam ex eo quod non appareat Luna, non est verum quod cognoscatur terram esse interpositam per causam eius, sed potius per effectum: & hinc patet quod scientia in hac acceptione, & pro ut hic describitur, debeat esse cognitio rei per causam non in cognoscendo tantum, hoc est, quæ sit causa cur cognoscatur res; sed etiam in essendo, hoc est quæ sit causa cur propositio scita sit vera.

Dicitur denique, *ita ut aliter se habere non possit*, per quod denotatur, quod scientia debet haberi per causam talem, ut non possit esse talis causa, quin res scita ita se habeat, quemadmodum scitur aut cognoscitur; & per hoc excluditur error, quo cognosceret, aliquis aliquid per causam, quæ reuera non esset causa; & etiam opinio, quæ cognosceretur res per causam, quæ probabiliter esset causa, sed tamē non esset tam necessaria causa, quin posset propositio cognitæ per illam esse aliter, quam cognosceretur, non obstante illa causa, ut si quis cognosceret quod omnis mater diligit filium, & quod amor filij causet dolorem de morte eius.

Nec sufficit ad scientiā proprie dictam hic descriptam, quod aliquis cognoscatur re per causam huiusmodi, quæ scilicet sit vere à parte rei causa necessaria veritatis propositionis scitæ; sed debet cognoscere illam esse causam talem, alias posset dubitare de re scita non minus, quam si non esset talis causa. Per hæc patet veritas nostræ conclusionis, ad quam tamen melius percipiendam aliqua obicienda sunt.

3. *Obiicies*

3. *Obiicit primò*: Vna ex conditionibus scientiæ proprie dictæ est, quod sit discursiua, & hinc Philosophus descripsit supra demonstrationem per ordinem ad scientiam dicens eam esse orationem facientem scire & propterea etiam dicitur communiter, quod demonstratio sit perfectissimum instrumentum ex omnibus instrumentis logicis, quia scilicet est instrumentum, quo solo acquiri potest scientia: sed illa conditio non explicatur in prædicta descriptione: ergo non est bona.

Respondeo primò, ad descriptionem rei non esse necessarium, ut omnes conditiones & proprietates, aut etiam prædicata essentialia eius exprimantur in ea, sed sufficere quod declaratur natura eius secundum aliquam rationem, secundum quam distinguí possit ab omnibus, quæ sunt diuersæ rationis ab ipsa: unde, permissa maiori & minori, negari potest in forma consequentia.

Respondeo secundò, authores dupliciter philosophari de scientia supra descripta: aliqui enim dicunt de ratione eius essentiali, & intrinseca esse, quod sit discursiua formaliter loquendo, vel saltem hoc esse proprietatem eius; alii id negant, asserentes sufficere, quod sit virtualiter discursiua, & propterea cōcedūt Deo & Angelis cognitionē scientifiā, prout à nobis descripta est, etiam si Deo negent discursum formale, & multi ex ipsius cum negent Angeli. Ita sentit noster *Doctor quæst. 4. prologi Bussol. 10. quæst. 5. Sotus hic capit. 3. & plures alij.*

4. Quod ad me attinet, existimo hanc quæstionē esse mere de nomine, & independēter ab eius decisione posse nostram conclusionem defendi. Quod sit de nomine patet, quia non est dubium, quin nomen scientia posset capi pro cognitione discursiua formaliter rei per causā, & etiā pro cognitione rei per causam siue discursiua formaliter, siue non; & si priori modo caperetur, certum est, quod scientia deberet esse discursiua formaliter; si posteriori modo, certum est, quod non omnis deberet esse talis formaliter. An autem capiatur primo, vel secundo modo, est mere de nomine, & si attendamus ad verba Aristotelis, certum est quod in illis nulla particula habeatur, per quam limitetur scientia ab ipso descripta ad solam discursiuam formaliter. Nec refert quod ipse loquatur de scientia acquisibili per demonstrationem, nam non est necesse, quod omnis demonstratio sit discursus formalis; cur enim discursus virtualis, per quē effectus cognosceretur per causam, non esset demonstratio? Sed, ut dixi, tota hæc controuersia est de nomine, & parui propterea momenti: quare melius est defendere conclusionem independēter ab ipsa.

Itaque si dicatur non requiri ad scientiam hic descriptam, quod sit discursiua formaliter, distinguí debet maior; quod sit discursiua formaliter, nego; quod sit discursiua virtualiter, vel virtualiter, concedo maiorem, & nego minorem: eo enim ipso, quod dicitur quod sit cognitio rei habita per cognitionem causæ eius, significatur, quod scientia sit aliquo modo discursiua: nam esse aliquo modo discursiuum, non est aliud quam esse cognitionem vnius propositionis acquisitam per cognitiones aliarum propositionum, ex quarum cognitione necessariò sequitur illa cognitio, & hoc totum significatur per illam periculum. Si vero dicatur ad scientiam hanc rigorosam necessarium esse, quod sit discursiua formaliter, concedi potest maior, & negari debet minor, dicendumque significari rationem discursus per illam particulam, *quod sit cognitio rei per causam*, intelligendo illam sic, ut sit cognitio rei habita per cognitionem aliam distinctam causæ ipsius.

5. Quod totum ut melius percipiatur, aduertendum est discursum formale esse cognitionē vnius propositionis habitam vi duarum aliarum cognitionū, quibus cognoscuntur præmissæ, ex quibus sequitur illa cognitio. Discursus vero virtualis est, quando eodem actu cognoscit quis præmissas & conclusionem, & cognoscitur conclusio ob connexionē ipsius cū illis præmissis.

Obiicit secundò. De ratione scientiæ est, quod sit certa & euidentis: sed in prædicta descriptione nō exprimitur

hæ proprietates: ergo non est bona.

Respondetur potest primò, negando consequentiam, propter rationem præmissam in responsione prima ad obiectionem præcedentem.

Respondeo secundò negando minorem, eo enim ipso, quo dicitur, quod sit cognitio rei per causam, quæ non possit esse, quin res scita sit, prout scitur, significatur, quod sit cognitio certa: nam ex hoc ipso & illa res scita habet esse talis, & cognoscitur debere esse talis, & non posse esse aliter; ad hoc autem, ut cognitio sit certa, nihil aliud præter hoc requiritur: ergo in prædicta descriptione sufficienter exprimitur certitudo scientiæ.

Deinde eo ipso, quo dicitur esse cognitio rei per causam eius in essendo, quæ causa cognoscitur cognitione euidenti (qualiter supponendum est causam illam cognosci debere) esse causa eius, sequitur etiam cognitionem illam debere esse euidentem; nam cognitionem esse euidentem nihil aliud est quàm esse cognitionem, per quam apparet res euidenter: rem autem apparere euidenter non est aliud, quàm vel apparere ex terminis suis, quemadmodum apparent prima principia, vel apparere, ipsam habere cognitionem necessariam cum rebus sic apparentibus, hoc est cum primis principiis. Quamuis autem conclusio non cognoscatur ex vi terminorum apprehensorum, & propterea non sit euidentis ex terminis; tamen quando proponuntur principia, ex quibus sequitur, apparet connexio illius cum illis principiis, & propterea, si principia sint euidentia, conclusio etiam euidentis censeri debet, cum hoc tantū discrimine, quod principia prima sint euidentia immediata ex vi ipsorum terminorum apprehensorum sine dependentia ab aliis propositionibus; conclusio verò non sit sic euidentis immediate, sed mediate tantum, hoc est cum dependentia ab euidentia aliarum propositionum. Et hinc colligo actum, quo aliquis cognosceret Antichristum esse futurum, ex eo quod videret euidenter Deum reuelasse futuritionem eius, & præterea reuelationem diuinam esse infallibilem, esse actum euidentem (quidquid dicant alii, & quidquid sit utrum sit actus fidei, nec ne, de quo in materia de fide Theologica) quia apparet connexio veritatis eius cum illis præmissis, & determinatur intellectus tam ad præmissas, quam ad conclusionem illam iudicandam. Quod autem alii dicunt ulterius ad cognitionem euidentem requiri, quod sit ex aliquibus principiis intrinsecè connexionis cum propositione cognita, ut ex causa eius vel effectu ab ipso procedente, vel ex euidentia terminorum, omnino gratis dicitur, nec poterunt inquam assignare rationem, cur cognitio quæ haberetur de causa per effectum eius, sit euidentis, & cognitio quæ haberetur per duas propositiones euidentes non sit euidentis; de quo tamen fultus in prædicta materia, ubi etiam plura tradidit solēt de certitudine cognitionis. Hæc de prima difficultate.

Quantū ad alias duas difficultates, celebris erat *Academicorum* sententia negatiū omnino dari scientiā vllā, cōtra quos fultus tractatu particulari disputauit *S. Augustinus*. Quam quidē sententiā non existimo solū intelligendā de scientiā illa rigorosa quartæ acceptionis paulo ante descripta, sed de omni cognitione certa, & infallibili, omnē enim talē negasse mihi videntur Academici.

Nec minus erat celebris *Platoniorum* sententia, qui dari quidem multarum rerum cognitiones certas, & infallibiles fatebantur, negabant tamen vllam talem de nouo acquiri, sed ante infusam fuisse omnes huiusmodi à Deo animabus, quàm corporibus infunderentur, & ex hac infusione traditas obliuioni, & postea successu temporis, quandoque in memoriam reuocari.

CONCLUSIO II.

6. *Dantur multarum rerum cognitiones certæ, & infallibiles tam discursiue quam non discursiue, & quidam de nouo acquiruntur, hæc est omnium Peripateticorum, & Theologorum sententia contra Academicos quoad primam, certæ, & Platonicos quoad secundam partem.*

Probaturs prima pars, quia experimur in nobis cognitiones multas certas, & infallibiles, de quibus nulla ratione dubitare possumus, ut quod omne totum sit maius sua parte; quod de quolibet verum sit pro quocumque instanti temporis quod sit vel non sit; quod numerus quaternarius constet ex duobus binariis, & sit distincta ratio à binario, & ternario; quod ternarius non possit diuidi adaequate in duos numeros aequales; quod quaternarius possit, quod nos ipsi videamus, audiamus, intelligamus; quod bonum sit amandum, malum fugiendum, Deus sit colendus, parentes obseruandi: ergo dantur plures cognitiones certae, & infallibiles. Quod vero dentur plures tales non discursuæ, patet, ex exemplis iam propositis: quod autem dentur etiam plures discursuæ, patet, quia si dentur aliqua cognitiones non discursuæ certae, nihil obstat quo minus ex pluribus talibus possit inferri aliqua alia cognitio certa mediante discursu: & quod id actu fiat, patet discurrendo per singulas scientias, in quibus multae tales reperiuntur.

Confirmatur ad hominem, quia vel Academici cognoscunt certo, & infallibiliter non dari ullam cognitionem certam, aut ullam rem, de qua possit haberi talis cognitio, vel non cognoscunt; si cognoscunt, ergo datur aliqua cognitio certa, & obiectum aliquod sic cognoscibile; si non cognoscunt, ergo non debent tam pertinaciter illud asserere contra tot Doctores, qui videntur sibi oppositum cognoscere.

Probaturs secunda pars, quia experimur de nouo nos acquirere plures tales cognitiones, quas nunquam ante habuimus actu: nec est dicendum quod illas habuimus, antequam animae corporibus infunderentur, tum quia gratis id diceretur absque autoritate, ratione, experientia: tum quia quamuis nunquam ante cognouissemus hanc propositionem; quod omne totum est maius sua parte, eo ipso, quo proponeretur intellectui, determinaretur ad cognoscendum certo, quod esset vera; & idem est de cæteris propositionibus, quæ de facto certo cognoscuntur: ergo quaecumque præcedens cognitio, quæ haberetur de illa propositione, esset impertinens ad illam habendam: tum denique quia falsum est animas fuisse creatas, antequam infunderentur corporibus, ut suo loco dicemus, & definitum est in *Concilio Bracharensi primo cap. 6.*

7. Obiicies primo pro Academicis: scientia & cognitio quæcumque certa est de re inuariabili, & necessaria: sed nulla res huius mundi est inuariabilis, & necessaria: ergo de nulla tali potest haberi scientia, aut cognitio aliqua certa.

Respondetur primo cum communi sententia distinguendo maiorem: de re inuariabili, & necessaria quantum ad existentiam aut accidentia ita, ut non possit esse indifferens ad existendum vel non existendum, sed debeat necessarium existeret, & ita ut non possit perdere aliqua accidentia ex iis, quæ semel habet, aut acquirere aliqua de nouo, nego maiorem; quantum ad essentiam, & connectionem essentiae cum suis proprietatibus sic, ut res cuius essentia debeat necessarium esse istius essentiae, & res habens tales proprietates, debeat necessarium habere tales proprietates, & non possit esse quin habeat tales, loquendo de proprietatibus metaphysicis, concedo maiorem. Similiter distingo minorem: res huius mundi sunt inuariabiles quantum ad existentiam aut accidentia, concedo minorem; quantum ad essentiam, & proprietates, nego minorem, & consequentiam.

Respondetur secundo distinguendo maiorem; de re inuariabili, secundum quod cognoscitur certo, concedo; nam quod cognoscitur certo, non potest vnquam ita variari, quin sit, prout sic cognoscitur: de re inuariabili secundum alias rationes, nego maiorem. Et similiter distingo minorem: nulla res est inuariabilis, & necessaria secundum illam rationem, secundum quam terminat cognitionem certam, nego; secundum alias rationes, concedo minorem, & nego consequentiam.

Respondetur tertio, de re variabili quoad existentiam posse haberi cognitionem certam, quod existat, ut patet in actibus vitalibus nostris, quos certo & infallibiliter cognoscimus existere, quando existunt, quia experimur illos,

& ex illis cognoscimus certo cognitione experientiali nos viuere, quamuis non necessario existerint tum, sed potuerint non existere. Itaque sufficit ad cognitionem certam, quod impossibile sit illud non esse pro instanti, pro quo cognoscitur, ex suppositione quod cognoscatur, siue simpliciter possit existere, siue non. Vnde in forma distingo iterum maiorem: de re inuariabili simpliciter, nego; de re inuariabili ita, ut ex suppositione scientiae non possit non esse, prout cognoscitur per scientiam, concedo maiorem, & similiter distingo minorem; sunt variables simpliciter, transeat; sunt variables ita, ut ex suppositione cognitionis, quæ habetur de ipsis, non debeat se habere prout cognoscitur se habere per illam cognitionem, nego minorem & consequentiam.

8. Obiicies secundo pro iisdem: Omnis nostra cognitio dependet à sensibus, ut patet tum autoritate Philosophi 1. *Met. 1. & 2. Post. 26.* tum experientia, sed sensus decipiuntur sapissime; visui enim apparet baculus fractus in aqua, qui non est fractus: ergo nullam possumus habere cognitionem certam, quia nulla cognitio potest esse certa, quæ dependet à cognitione incerta.

Respondetur distinguendo maiorem, quatenus species rerum habentur de facto dependenter ab operationibus sensuum, concedo; quatenus cognitio omnis intellectus debet esse solum circa obiecta sensuum, aut conformis apprehensioni sensuum, nego maiorem, & permitta minori nego consequentiam, ad cuius probationem dico bene posse cognitionem certam dependere à cognitione incerta, quando cognitio certa non est conformis cognitioni incertae, sed solum dependet ab ipsa in ordine ad accipiendas species deseruientes simplici apprehensioni. Plura deseruiunt ad maiorem intellectionem huius responsionis habebuntur ex dicendis in libro de anima.

9. Obiicies tertio pro Platonicis: Quando aliquid volumus scire de nouo, vel illud sciimus ante, vel ignorauimus; si primum, ergo illud non sciimus de nouo totaliter, sed solum recordamur eius: si secundum frustra laborabimus, quia etiam si occurrat quod quaerimus, non tamen cognoscemus illud, sicut quaerens seruū fugitiuum antea incognitū, etiam occurrente non cognoscet.

Confirmatur experientia pueri interrogati à Socrate de multis rebus Geometricis, qui non minus apte respondit, quam si antea iis studiuisset.

Confirmatur secundo experientia Pythagoræ qui dicebat se multarum rerum recordari, quas antequam infunderetur animae ipsius suo corpori, cognouit.

Respondetur ignorare nos antea sepe, quæ de nouo sciimus: ad cuius impugnationem nego sequelam, quia cognoscimus illud de nouo, etiam si nunquam ante cognosceretur, ex eo quod obiectum determinatiū intellectus de nouo proponatur. Quemadmodum enim albedo nunquam ante visū oculum dispositū, cui proponitur, bene determinat ad visionem sui, ita hæc propositio de nouo proposita intellectui: omne totum est maius sua parte, determinat intellectum ad iudicandum quod sit vera. Illud autem de seruū fugitiuo nullo modo est simile, quia ille non cognoscetur, quoniam neque ipse se proderet, nec adessent alia principia determinantia ad cognitionem ipsius, in casu autē nostro esset principium determinans intellectum ad cognitionem obiecti ante ignoti.

10. Confirmatur hoc primo, quia sicut qui reperit seruū ante cognitū, non solum cognoscit illuminet, sed cognoscit etiam ipsum fuisse cognitū à se ante, si cognoscatur per recordationem; ita similiter, quādo cognoscimus aliquid de nouo, si illa cognitio esset recordatio, deberemus cognoscere quod illud fuerit ante à nobis cognitū, ut est euidēs, sed hoc est manifeste contra experientiam: ergo non omnis cognitio nostra necessarium est recordatio.

Confirmatur secundo: quia qua ratione cum primum producta, aut creata est anima nostra, cognoscebat aliqua non cognita ante, poterat etiam hodie cognoscere aliqua non ante cognita: est enim eadem ratio: ergo non est necessarium ad cognitionem nouam præcessisse aliquam aliam.

Ad primam confirmationem respondeo: puerū illum apte respon-

respondisse, quia res bene proponebatur ipsi, & determinabatur intellectus eius à rebus sic propositis ad veras cognitiones, non quia antea illa sciuit.

Ad secundam confirmationem respondeo, non esse credendum Pythagoræ, qui studio propria sententia defendendæ splendide poterat mentiri, nec habet ullam verisimilitudinem, quod ille solus recordaretur talium rerum. Quod si etiam experientia illius esset credenda, tamen non inde inferretur, quod quidquid ipse, aut nos cognoscimus, antea illud cognouerimus, & de nouo solum recordemur illius: unde experientia illa, quamuis esset vera, non esset ad rem.

QVÆSTIO II.

De obiecto scientiæ.

Non quero iā de obiecto adæquato scientiæ vllius totalis cōprehendētis plures scientiās partiales, sed potius de obiecto cuiuslibet scientiæ particularis: nec etiā quero de scientiæ particularis obiecto cōplexo, hoc est, de propositione obiectiua, ad quā terminatur scientia, seu quæ cognoscitur per illā: sed de obiecto incomplexo, quod est subiectū talis propositionis. Capiō autē scientiā hic, non in illo rigore, in quo cōprehendit solummodo cognitiones rerū per causas, sed quatenus extendit se ad cognitionē discursiuā, certā & euidentē, quæ cognoscitur aliqua propositio propter connexionem veritatis ipsius cum veritatibus aliarū propositionum, siue in illis aliis propositionibus proponatur causa istius veritatis, siue effectus, siue quacumq; demū alia ratio.

CONCLUSIO I.

De quo possit haberi scientia certa.

11. De quacumque re, cui necessario conuenit aliquod prædicatum, cuius connexio cum illa re euidenter cognosci potest per alias duas propositiones euidenter cognitās, potest haberi scientia in acceptione iam dicta. Hæc patet ex natura ipsius scientiæ, quæ in illa acceptione non est aliud, quam cognitio discursiuā certa & euidenter habita ex euidentia aliarum propositionū, cum quarum veritate veritas istius rei scitæ habet euidentem connexionē; sed cognitio qua cognosceretur de quacumq; re huiusmodi prædicatū necessario ipsi cōueniens ex vi taliū propositionum esset huiusmodi: ergo esset scientia, ergo de quacumq; tali potest haberi scientia in hac acceptione.

De ente rationis potest haberi scientia.

12. Hinc habetur primò, quod de entibus rationis possit dari scientia, quia habent huiusmodi prædicata conuenientia ipsis; & sane qui dicunt instrumenta logica, vt syllogismum vt sic, definitionē, demonstrationem, &c. formaliter constitui per entia rationis, & ea, vt sic formaliter constituta, esse obiecta Logicæ, debent id cōcedere, vel negare Logicæ esse scientiā; & qui negant Logicam per se agere de entibus rationis, concedunt tamē posse intellectum fabricare entia rationis in obiectis Logicæ, quæ quidem entia ficta rationis habeant diuersā naturā pro diuersitate fundamenti, & termini, aut muneris ipsis ab intellectu attributi, similiter debent concedere quod vniū ens rationis ex ipsis possit cognosci esse diuersæ rationis fictæ ab alio ente rationis, & habere etiam diuersam proprietatem fictā à proprietate alterius, & quod illa diuersa proprietates fictæ ipsius possit demonstratiue probari de ipso per suam descriptionem aut definitionem.

Dices: scientia proprie dicta solum potest esse de re seu ente simpliciter: ergo nequit esse de ente rationis.

Confirmatur, quia scientia proprie dicta nequit esse nisi de re, quæ potest definiri: sed ens rationis nequit definiri: ergo.

Respondeo, negando antecedens replicā, & minorem confirmationis. Quod si quis tamen velit scientiā rigorosissimam esse illam, quæ habetur de re aliqua aut ente simpliciter, & solam talē rem posse proprie & rigorose definiri, dicat consequenter ens rationis non posse definiri definitione rigorosa, nec scientiā rigorosam de eo haberi posse, nec hoc est contra resolutionem iam datā neq; enim loquimur de scientia aut definitione in tali rigore, sed de scientia, prout dicitur notitiā certā, & euidentem discursiuā, & de definitione prout dicitur orationem explicatiuā naturæ rei, siue realis, siue rationis

13. sequitur secundò de singularibus posse dari scientiam, nam potest discursiue de quocumque indiuiduo humano cognosci certo & euidenter per discursum à priori quod sit risibilis ex eo, quod sit rationalis; à posteriori quod sit rationalis ex eo quod sit risibilis; & potest cognosci de ipso quod non sit multiplicabilis in plura indiuidua, de quibus prædicetur in quid.

Dices: secundum Philosophum. 1. Poster. tex. 181. & 7. Met. tex. 53. & aliis locis: scientia habetur tantum de vniuersalibus, nec datur de singularibus.

Respondeo Philosophum & alios auctores sic loquentes, quibus tribuenda est autoritas, explicandos sic, vt sensus sit, quod scientia illa, quibus cognoscuntur de rebus proprietates consequentes essentias earum, non habeantur per se primo de singularibus, quatenus singularia sunt, sed per se primo de ipsa natura vniuersali in singularibus inclusa, & secundo tantum de singularibus: verbi gratia scientia qua cognoscitur, quod Petrus sit risibilis non habetur per se primo de Petro quatenus Petrus est, sed de natura humana: & secundo tantum habetur de Petro, ex eo scilicet quod includat naturā humanam. Itaque in hoc sensu non habetur scientia de singularibus, secundum Philosophum, & veritatē. Rursus non habetur aliqua scientia de vilo singulari, per quam cognosci possit determinatum aliquod singulare, vt distinguitur ab omni alio singulari: non obstat enim quacumque cognitione, quam habemus pro hoc statu de Petro, posset nobis aliquod aliud indiuiduum sic proponi, vt non possemus ipsum discernere à Petro, & sic vt possemus dubitare, an esset Petrus, nec ne. In hoc etiam sensu potest dici, quod de singularibus non habeatur scientia, aut notitiā aliqua certa.

De indiuiduo potest haberi scientia.

Quomodo de indiuiduo nequit haberi scientia.

14. Sequitur tertio, quod de ente per accidens possit dari scientia, quia reuera potest aliquis certo cognoscere de pariete albo, quod non habeat aliquā per se vnam proprietatem, & quod sit distincta rationis ab ente per se, & potest cognosci ex defectu proprietatis vnius per se de ipso, quod non sit vnum per se in essentia per discursum à posteriori, & ex defectu essentiae vnius per se potest cognosci à priori de ipso, quod non habeat proprietatem per se vnam, & potest de aggregato ex lapidibus, & lignis tali modo cōpositis, seu cōiunctis inter se cognosci certo quod sit habilis ad habitationē commodam, aut inhabilis, & sic multæ proprietates demonstrantur in scientia Arithmetica de numero, in Musica de numero sonoro, in Perspectiua de linea visuali, in Politica de republica: quam etiā sententiam docet expresse Auerſa q. 24. sect. 4. qui plures alios citat pro se.

De ente per accidens potest haberi scientia.

Dices: Aristoteles 6. Met. c. 2. & lib. 11. c. 9. negat de ente per accidens dari vllam scientiam, quam etiam doctrinam amplectitur Scotus variis locis. Et confirmari potest ex eo quod tale ens nequeat definiri, scientia autem haberi nequit, nisi de re definibili.

Respondeo Philosophum & Doctorem loqui de scientia in magis rigorosa acceptione, quam hic de ea agimus, quatenus scilicet sumitur pro cognitione, qua aut cognoscitur aliqua proprietas per se vna de aliquo per definitionem rigorosam, quæ est vnius per se solummodo; aut per proprietatem per se vnam cognoscitur definitio per se vna alicuius rei. Et per hoc patet ad confirmationem; scientia enim in hac rigorosa acceptione non habetur nisi de re rigorose definibili, qualis est res vna per se; bene tamen potest scientia in largiori acceptione haberi de rebus aliis.

QVÆSTIO III.

Utrum scientia actualis possit esse simul cum opinione & fide de eodem obiecto in eodem intellectu.

15. Non est dubium, quin de eodē obiecto materiali, seu de eadem propositione obiectiua possit vnus intellectus habere scientiā, & alius opinionē, & alius fidem; nec etiā dubium est, quin idem intellectus (modo simul habere possit plures actus iudicarios diuersarum propositionum) possit habere fidē de vno obiecto, vt de futuritione Antichristi, opinionē de altero,

ut de rotunditate terræ, & scientiam de alio, ut de risibilitate hominis. Dixi autem notanter, modo simul, habere possit plures actus indicatiuos, quia si non potest, certum est quod non possit habere simul opinionem & fidem, & scientiam, etiam de diuersis obiectis, sed impossibilitas hæc non oritur, quantum est ex hoc capite, ex eo quod illi actus habeant aliquam incompatibilitatem inter se, sed ex limitatione intellectus, qui nequit attendere pluribus obiectis per iudicia distincta; unde quantum ad hoc æque non poterit habere simul duas opiniones aut duas scientias totales de diuersis obiectis, ac opinionem & scientiam, nec denique ex eadem hypothese potest dubitari, quin idem intellectus possit de eodem obiecto imcomplexo habere simul fidem & opinionem in ordine ad diuersa prædicata, nihil enim impedit, quominus de homine possit quis scire, quod esset risibilis & credere quod esset bonus, & opinari quod esset amicus.

Difficultas ergo hic examinanda propriissime consistit in hoc, an ex suppositione quod intellectus possit habere plures actus simul, & iudicare simul plures propositiones aut eandem propositionem secundum diuersam motum, sit talis incompatibilitas inter fidem actualem, opinionem, & scientiam respectu eiusdem intellectus & obiecti terminatiui complexi, ut intellectus idem nequeat simul scire, credere, & opinari eandem propositionem obiecti uam esse veram, v. g. hominem esse risibilem.

16. *Prima sententia* est, quod non possit habere idem intellectus scientiam, opinionem, & fidem, nec actualem, nec habitualemente de eadem propositione obiectiua, ita *Caiet. 1. Poster. c. 26. Sot. q. 8. a. 2. Tolet: Louanienfes, Complutenfes*, & alij, quam etiam sententiam tribuit. *Auerfa q. 29. sect. 4. nostro Scoto in 3. dist. 24.*

Secunda sententia extreme opposita asserit scientiam, fidem, & opinionem tam actualem, quam habitualemente posse simul esse de eadem propositione in eodem intellectu. Hanc tenet *Alensius 3. par. q. 79. Antisiodor. lib. 3. tract. 3. q. 4. Bonau. 3. dist. 24.* & plures alij citati ab *Auerfa supra*, qui eam putat esse expresse sententiam *D. Thoma 1. 2. q. 69. art. 3. & 3. par. 1. q. 9.* quantum ad opinionem & scientiam, licet primam tenere videatur de fide & scientia.

Tertia sententia tenet fidem, scientiam, & opinionem actualem non posse esse simul, bene tamen habitualemente. Sic *Fonseca 6. met. c. 1. q. 1. Conimbric. Ruin. Vallius, Di. dactis à Iesu & plures alij hic.*

Quarta sententia est plures actus non posse esse simul in eodem intellectu de eadem propositione, quorum vnus sit Fides, alter Opinio, alter Scientia, iuxta tertiam sententiam; bene tamen eundem actum posse esse circa eandem propositionem ex diuersis medijs, demonstrationis scilicet, & opinatio, qui propterea actus, ut respicit vnū medium possit habere rationem scientiæ, & ut respicit alium rationem opinionis, Hanc tenet *Durandus q. 1. Prologi. Fonseca 6. met. cap. 1. sect. 1. Conimbric. Tolet. hic & alij.*

Quinta sententia est, diuersos actus scientiæ, opinionis & fidei, & etiam vnicum actum ob motiua diuersa opinionis, fidei & scientiæ posse haberi de eodem obiecto. Ita *Arriaga disp. 6. subsect. 3.*

Sexta sententia considerat opinionem, prout talis dicitur, quæ non habet pro obiecto propositionem necessariam, sed contingentem, & talem negat posse esse cum scientia eiusdem propositionis; de quo nemo dubitare potest: sed incompatibilitas non oritur ex ratione formali opinionis, & fidei, quasi ideo non possit haberi fides, quia habetur opinio, sed ex ratione ipsiusmet propositionis obiectiua, quæ quia contingens est, nequit sciri propriè loquendo. Unde nec in diuersis intellectibus, nec in eodem successive potest dari scientia, & opinio de propositione tali. Secundo considerat opinionem, prout habet annexam actualem formidinem, & sic negat eam posse haberi simul cum scientia in eodem intellectu. Tertio considerat eam, prout est assensus probabilis absque tali formidine actualiter annexa, & sic concedit opinionem & scientiam actualem posse esse simul de potentia abso-

facto nequeant connaturaliter esse simul. Hanc tenet *Auerfa supra*, & iuxta eam explicari, & conciliari possent aliquæ ex prædictis sententijs.

Quia est fides.

17. Ut resoluitur hæc difficultas, oportet primò declarare aliquammodo naturam fidei, & opinionis, supponendo ex antedictis quid sit scientia.

Itaque *fides humana* (de qua potissimum hic agimus, relicta consideratione fidei diuinæ pro Theologia) si loquamur de actuali, est actus, quo assentimur alicui propositioni ex eo, quod aliqua creatura dixerit nobis illam esse veram; *fides autem habitualis* est habitus, quo faciliatur ad talem actum habendum. Dixi autem, *alicui creaturae*, & non alicui homini, ut comprehenderetur etiam fides, quam quis haberet Angelo, aut animæ separatae; nam licet secundum etymologiam nominis fides humana sit illa, quæ præstat homini, tamen ex communi Doctorum vsu, capitur pro omni illa fide, quæ non exhibetur Deo, & consequenter, ut sic, comprehendit fidem omnem, quæ credimus tam hominibus quam Angelis, ac animabus separatis, & cuiusque demum creaturæ rationali potenti concipere res, & significare suos conceptus.

18. *Hinc patet primò*, fidem spectare ad intellectum, ad quem spectat omnis assensus aut dissensus; quod tamen non ita intelligendum est, quasi non concurrat etiam ad eam aliquo modo voluntas, existimo enim, non nisi volentem credere, & propterea dependere eam aliquo modo à voluntate; id quod patet tum experientia, tum ex eo quod fides diuinæ, & opinio habent talem dependentiam, de quibus, & de fide humana est eadem ratio quantum ad hoc.

Patet secundo, omnem assensum fidei humanæ habere solummodo pro motiuo auctoritatem humanam esse obsecrum, in euidentem, ac etiam incertum, Et quidem obscurus, & in euidentem, quia neque propositio credita determinat intellectum ex vi terminorum ad assensum, neque motiuum, quod est auctoritas aut reuelatio humana, siue proponatur clare, siue obscure, habet talem connexionem cum propositione illa, quin non obitante existentia istius motiui, posset propositio illa esse aliter, quæ creditur cuius ratio est, quod omnis creatura est ex se fallibilis auctoritatis, tum quia potest decipi in rerum cognitione, tum quia potest decipere, & consequenter non obitante quod quæcumque creatura dicat aliquid esse tale, posset intellectus dubitare de veritate eius, & posset etiam discredere: quæ etiam est ratio, cur omnis talis actus sit incertus ex vi motiui: quotiescumque enim motiuum assensus non habet talem connexionem cum propositione, circa quam assensus versatur, quin non obitante existentia motiui, propositio illa possit aliter se habere, & assensus possit esse falsus, talis assensus est incertus, & de eo dubitari potest.

19. Et hinc vltimius fit, ut omnis actus fidei humanæ possit esse cum formidine de opposito, quia si intellectus reflectat supra non necessariam connexionem motiui cum veritate assensus, poterit habere hunc actum in intellectu; quod possit fieri ut iste actus non sit verus; & in hoc consistit formido se tenens ex parte intellectus: & si voluntati displiceret quod non esset verus ille actus, apprehendendo falsitatem actus, tanquam malum quid, potest de eo timere sicut & de alijs malis, & in hoc consistit formido se tenens ex parte voluntatis. Dixi autem quod omnis actus fidei possit esse cum formidine, non autem quod debeat esse semper cum formidine actualiter, quia experientia constat sepe nos credere hominibus absque vlla actuali formidine, siue ex parte intellectus, siue ex parte voluntatis; cuius etiā ratio est, quod utraq; formido proueniat ex eo quod intellectus consideret actum non esse necessariam connexionem motiui, v. g. reuelationis cum reuelata, quæ creditur; non est autem necesse ut, quoties credit, consideret hoc, & consequenter non est necessariū ut actu formidet siue ex parte intellectus, siue ex parte voluntatis. Vltimius ut formidet ex parte voluntatis, deberet apprehendere falsitatem actus per modum mali;

non est autē necessarium, ut eam semper sic apprehendat, & consequenter non est necessarium, ut semper habeat formidinem se tenentem ex parte voluntatis, etiam quando haberet formidinem illam ex parte intellectus.

Quid sit Opinio.

20. **O**pinio prout distinguitur à cognitione certa, & fide (sic autē de ea hic agimus) est cognitio iudicativa incerta alicuius propositionis, habēs aliud motuum, quam revelationem, aut auctoritatem dicentis.

Hæc descriptio in re ipsa vix ab ullo negari potest, quamvis in terminis non soleat dari: *pater* autem, quia omni, & soli convenit. Dicitur *cognitio iudicativa*, per quod distinguitur à simplici apprehensione, & convenit cum iudiciis scientificis, & fidei. Dicitur *incerta*, ut distinguitur à iudiciis scientificis, & quibuscumque certis, & in hoc convenit cum actibus fidei humanæ. Dicitur denique *ob aliud motuum, quam auctoritatem aut revelationem dicentis*, ut distingatur à fide.

Si autem quæras, unde colligi poterit quod cognitio aliqua sit incerta: Respondeo, ex eo quod motuum assentiendi sit tale, ut facta debita reflexione super naturam eius, possit intellectus dubitare de veritate rei cognitæ. Ideo autem in particulari poterit mediante reflexione dubitare de veritate propositionis, quam opinatur veram, vel quia non est evidens ex terminis, nec talis ut determinet intellectum omnem percipientem terminos ad assensum, vel quia non inferitur ex præmissis evidenter, & determinantibus intellectum.

Duplex opinio,

21. Duplex autem est opinio, sicut duplex est assensus certus: una *immediata*, qua assentimur alicui propositioni absque discursu, propter verisimilitudinem connectionis extremorum, quamvis illa connectio non sit certa, nec evidens, & propositiones, quibus sic assentimur absque discursu, sunt prima principia probabilia. Hanc autem opinionem descripsit. *Philosophus 1. Poster. tex. 195.* dicens eam esse estimationē immediatæ propositionis & non necessariæ. Quod non est ita intelligendum, quasi non possit haberi opinio de propositione, quæ reuera à parte rei sit necessariæ veritatis; nā quando probabiliter iudicant *Thomistæ* materiam primam non posse esse absque aliqua forma, & *Scotistæ* iudicant probabiliter posse materiam primam esse absque omni forma, certum est alteram ex illis propositionibus iudicatis esse necessariæ à parte rei veritatis, ergo opinio versari potest circa propositionē à parte rei necessariæ veritatis. Vult igitur *Philosophus* quod propositio iudicata probabiliter nō sit necessariæ veritatis, quātū ad cognitionē iudicatis sic, quin possit dubitare de opposito.

22. *Alia est opinio*, qua quis iudicat aliquam propositionem esse veram, ex eo quod inferitur ex pluribus, aut una propositione: quæ iudicatur probabiliter vera, & hæc est opinio *discursiva*, & differt tantum à priori per hoc quod sit discursiva.

Omnis opinio est obscura.

Ex his sequitur primò opinionem quamcumque esse obscuram, quia si non esset obscura, determinaretur necessario intellectus ad epinionem tam bene, quam determinatur ad scientiam. *Sequitur secundo* eam posse admittere formidinem non minus, quam fides potest, modo supra explicato. *Sequitur tertio* opinionem omnem esse liberam; si enim propositio, quam opinamur veram, non determinat necessario intellectum, voluntas poterit impedire, quo minus intellectus assentiatur, non obstante quod proponatur illa propositio cum motivo assentiendi: quod confirmatur experientia; qua constat nos, vel assentiri, vel dissentiri, prout volumus, rebus quæ non sunt evidentes.

23. *Quæres primò*, an ex duabus præmissis, quarum utraque sit probabilis, possit inferri conclusio falsa evidenter, aut ex duabus præmissis, quarum una sit certa & altera probabilis.

Aversa quæst. 29. art. 2. asserit ex duabus probabilibus posse deduci conclusionē manifeste falsam: sed tūc non erit probabile copulationē illarum præmissarū esse verā, licet probabile sit quilibet eorum esse verā, datque exemplū. Ex his duabus propositionibus probabilibus quidquid existit in re natura existit propria existenz

tia: materia prima non existit propria existentia. Ex his inquam duabus propositionibus probabilibus sequitur in bona forma hæc tertia: ergo materia prima non existit; quæ propositio est evidenter falsa, ut suppono.

Negar autem posse inferri conclusionem falsam evidenter ex duabus præmissis, quarum una sit certa, & altera probabilis: quia si conclusio sit evidenter falsa, poterit opposita eius, tanquam evidenter vera, assumi velut præmissa certa evidenter, & ex ea, & alia propositione certa inferri per deductionem ad impossibile, quod aliqua ex præmissis sit evidenter falsa: sed non erit evidenter falsa illa præmissa, quæ est evidenter certa; ergo altera, & sic non erit probabilis, quia omni propositioni probabili potest intellectus assentiri; non potest autē assentiri propositioni evidenter falsæ: ergo nulla propositio evidenter falsa est probabilis.

24. *Circa hanc doctrinam*, ut appareat quo sensu sit vera, & quo non, advertendū est sine dubio propositionē, quæ sit evidenter falsa respectu vnius intellectus, posse deduci tā ex duabus, quæ sunt alii intellectui probabiles, quam ex duabus, quarū una sit probabilis, & altera evidens: ex conclusionibus oppositis, quæ in diversis scholis inferuntur ex duabus probabilibus, & ex una probabili, & altera evidenti, certū est alterutrā esse evidenter falsam Deo, & Angelis, & aliquibus quandoque hominibus.

25. *Rursus* æque certum est non posse vnum intellectum conclusionē sibi evidenter falsam inferre ex duabus, quibus assentitur probabiliter, neque ex duabus quarum vni assentitur probabiliter & alteri certo; unde si oppositum huius sentit *Aversa*, doctrina ipsius non est approbanda. Secundam partē huius resolutionis facit ipsemet *Aversa*. Probatur prima pars, quia si posset quis inferre talē conclusionē, maxime in exēplo illo de materia prima ab *Aversa* adducto: sed certissimū est eundē intellectū non posse simul assentiri his præmissis etiā probabiliter: quidquid existit, existit propria existentia; materia primæ nō existit propria existentia; nā alias assentiret & dissentiret primæ propositioni, eo. n. ipso quod iudicat aliquid existere sine propria existentia debet iudicare quod nō omne existēs existat propria existentia.

Itaque ut prædicta doctrina sit vera, *sensus primæ partis* esse debet, quod aliquis possit inferre conclusionem sibi & aliis evidenter falsā ex una propositione sibi probabili, & alia aliis illis probabilis, & hoc cōnuincit exēplum illud de materia prima, cuius maior est probabilis *Scotistis*, minor *Thomistis*, & conclusio utriusque evidenter falsa. *Sensus autem secundæ partis* debet esse, quod non possit conclusio evidenter falsa pluribus inferri ex una, quæ sit evidenter certa illis pluribus, & altera quæ sit probabilis vlli ex illis: & ratio huius est quod non possit conclusio esse falsa evidenter illi, qui iudicat propositionem illam non certam, ex qua & alia certa inferitur esse probabiliter verā; nam eo ipso quod videt conclusionem esse falsam evidenter videbit illam propositionē, quæ non est certa, esse falsā, & consequenter non poterit iudicare illam esse probabiliter veram.

26. *Quæres secundo*, an supposito assensu præmissarum determinetur intellectus ad assensum conclusionis probabilis ex illis illata.

Respondeo non esse dubium quin necessitetur quoad specificationem, sic scilicet, ut non possit dissentiri: ratio est manifesta, quia inuoluitur ipsa conclusio in præmissis aut omnibus, aut alicui ex illis. Si autem loquamur de necessitate quoad exercitium, illi qui tenent intellectū, non necessitari necessitate exercitii ad assensum scientificum, supposito assensu præmissarum, sed posse voluntatem impedire illum assensum, idem vel à fortiori, vel æq; sine dubio dicent de assensu conclusionis probabilis; unde difficultas solum potest esse in nostra sententia, qui putamus necessitari intellectum, supposito assensu præmissarum certarum & evidentium, ad assensum conclusionis certæ & evidenter ex illis deductæ.

Et quod ad me attinet, existimo satis probabile esse quod nō necessitetur intellectus necessitate exercitii ad assensum

Intellectus autem neque conclusio evidenter falsam ex duabus sibi probabilibus deducere.

An necessitetur intellectus ad assentiendum conclusioni probabilis supposito assensu præmissarum.

Potest admittere formidinem.

Bb iij assen

assensum cōclusionis probabilis, quia nō magis videtur assensus prēmiffarum & connexionis cōclusionis cū prēmiffis necessitare ad assensum cōclusionis, quam ipsæ prēmiffæ determinant ad assensum circa se; sicut nec magis determinatur intellectus ad assensum scientificum, quam ad assentiendum prēmiffis euidētibz secundum omnes, imo minus secundum multos: ergo quandoquidem non determinetur ad assentiendum prēmiffis, non determinabitur assentiendum cōclusioni; quamvis determinet volūtas ipsum ad assentiendum prēmiffis. Nec refert quōd cōclusio habeat necessariam connexionem cum prēmiffis, nam hinc non sequitur nisi quod sit probabilis, sicut sunt prēmiffæ: ex hoc autem non sequitur determinari intellectum.

Confirmatur, quia licet ex duabus propositionibus vna non potius sit vera quam altera, tamen potest quis vni assentire non assentiendo alteri, ita plane in proposito.

Dices: quod determinat intellectum ad assensum cōclusionis, est iudicium de connexionē cōclusionis cum prēmiffis iudicatis, & assensus prēmiffarum: ergo quoties illa adfunt; necessitabitur intellectus ad assensum non obstante renitentia voluntatis.

Respondeo distinguendo antecedens: assensus prēmiffarum euidētium, concedo: probabilem nego. Ratio autem disparitatis est, quod non possunt prēmiffæ apparere euidētes, & cōclusio esse connexa cum ipsis, quin appareat cōclusio euidēs: vnde quando iudicantur prēmiffæ esse euidētes & cōclusio connexa, debet iudicari cōclusio esse euidēs: sed quando iudicantur prēmiffæ aut vna ex illis esse probabilis, quamvis videatur cōclusio connexa, non apparet tamen euidēs, & propterea nō habet determinari intellectus.

Dices: in prēmiffis virtualiter inuoluitur cōclusio: ergo assentiens prēmiffis debet assentiri cōclusioni.

Respondeo negando consequentiam, loquendo de assensu actuali, ac formali.

Resolutio quæstionis.

His præsuppositis, resoluenda iam restat quæstio principalis.

CONCLUSIO I.

28. Si fides & scientia nequeunt esse simul, opinio & scientia nequeunt esse simul. Hæc videtur esse contra D. Thomam; sed patet, quia est eadem ratio de incompatibilitate fidei & opinionis cum scientia, quia sicut obiectum creditum, quia tale, est ineuidēs, incertum, obscurum, ita etiam obiectum opinatum: sed nulla est particularis ratio, cur obiectum idē non posset esse creditū & scitū, nisi quia obiectum creditum, quia tale, debeat esse obscurum & incertū, & obiectum scitū debeat esse clarum & certū: ergo tam incompatible est obiectum opinatum cum obiecto scito, ac obiectum creditum.

CONCLUSIO II.

29. Si nequeant haberi in eodem intellectu plures actus circa idem obiectum, quorum vnus sit fides, alter scientia, alter opinio, nec poterit vnus actus esse ex diuersis motiuis scientie, opinionis, & fidei. Hæc est communior contra quartam sententiam, & patet manifeste, quia ideo reputant illi plures actus, quia sequeretur obiectum esse simul clarum & obscurum, certum & incertum respectu eiusdem intellectus: sed hoc ipsum sequeretur, si esset vnus actus ex diuersis illis motiuis: ergo si plures illi actus nequeant esse simul, nec poterit vnus talis.

CONCLUSIO III.

30. Si possent dari plures actus simul, quorum vnus sit fides, alter opinio, alter scientia de eodem obiecto, non tamen dicendum est, quod idem actus possit habere rationem scientie, & opinionis, & fidei. Hæc etiam videtur à fortiori esse contra quartam sententiam, quia cum dicant auctores eius, quod possit vnus & idem actus esse ex motiuis scientie, & opinionis, & fidei, quāuis negent posse dari diuersos actus, quorum vnus sit ex motiuis fidei,

alter ex motiuis opinionis, alter ex motiuis scientie, à fortiori id deberent dicere, si putarent posse simul dari tales actus.

Probatur ab aliquibus primò, quia idem actus nequit specificari simul à pluribus motiuis: ergo nequit idem actus esse ex pluribus his motiuis. Hæc probatio non erget, quia facile negari potest antecedens, loquendo de specificatione partiali.

Probatur solet secundo, quia sequeretur quod esset actus diuersarum specierum, nimirum opinionis & fidei; sed hoc est absurdum: ergo. Hæc etiam probatio non sufficit, negari enim facile potest sequela; neque enim esset diuersarum specierum, sed esset vnius speciei, distinctæ rationis, & ab actu, qui solum haberet rationē scientie, & ab actu, qui solum haberet rationem fidei, & ab actu qui solū haberet rationē opinionis: participaret tamen aliquam rationē istarū specierū, quatenus tenderet in obiectū ex motiuis illis, ex quibz cederent illi alii actus.

Confirmatur insufficiencia harum duarum probationum, quia voluntas secundum plures ex aduersariis potest ex diuersis motiuis diuersarum virtutum elicere aliquem actum, v.g. velle dare elemosynam ex motiuis charitatis, liberalitatis, iustitiæ, & ille vnus actus esset actus charitatis, iustitiæ & liberalitatis, nec esset tamen diuersarum specierum, sed eiusdem speciei participantis æqualiter naturam diuersarum specierū, & specificaretur ex diuersis motiuis extrinsecis, quæ motiua respiceret intrinsecè: ergo non est inconueniens, quod idem actus specificetur ex pluribus motiuis, aut participet aliquam rationem plurium specierū.

31. *Probatur tertio*, quia absurdum videtur quod necessitetur intellectus & non necessitetur ad eundem actū: sed hoc sequeretur ex opposito cōclusionis nostræ, ergo. Probatur minor, quia eo ipso, quo ille actus esset scientificus, necessitaretur intellectus ad illum, & eo ipso, quo esset opinio, non necessitaretur ad illum. Hæc probatio solum vrget in sententia nostra, qui putamus necessitari intellectū ad assensum scientificum, supposito assensu prēmiffarum. Sed in sententia aliorum id negantium & tenentium quod assensus scientificæ cōclusionis sit liber, non vrgeret.

Fortassis etiam non vrgeret multum in nostra, quandoquidem ille actus esset absolute liber, quamvis enim necessitetur intellectus ad assentiendum cōclusioni scientificæ, non tamen per talem speciem actum, qui etiam esset opinio aut fides; sed hoc haberet, mediante consensu voluntatis.

Probatur ergo aliter conclusio contra omnes, quamcumque tenuerint sententiam. Licet intellectus possit habere plures actus circa diuersas cōclusiones ex motiuis scientie, & opinionis, tamen de facto nequit habere vnum actum ex diuersis illis motiuis circa plures cōclusiones: ergo quamvis de facto posset habere plures actus ex diuersis motiuis scientie, & opinionis circa vnam cōclusionem, non tamen poterit habere vnum actum ex diuersis illis motiuis circa eandem cōclusionem. Probatur sequela à paritate rationis, quia eadem ratione qua posset habere vnum actum ex diuersis illis motiuis, circa vnam cōclusionem, posset etiam habere vnum actum circa diuersas cōclusiones, & sicut vna cōclusio determinat sibi vnum actum, ita & vnum motiuis determinat sibi vnum actum.

Confirmatur, quia ideo nequeunt duæ cōclusiones cognosci vnico actu ex diuersis motiuis, quia vnica cōclusio cum vno motiuis est sufficiens causa vnius actus, & consequenter quoties proponitur sufficenter, causabit illum vnico actu; sed vna cōclusio cum vno eo motiuis scientie, verbi gratia, est sufficiens causa actus scientie, qui non sit opinio; ergo causabit illum actum, & consequenter non causabit actum, qui sit opinio.

32. Hinc probatur vltimus cōclusio nostra: quotiescūq; applicatur causa naturalis ad æquata alicuius effectus ad productionē eius, producet illū effectū, nisi ponatur aliquod impedimentum: sed cōclusio scientificæ proposita cum intellectu est causa ad æquata actus scientie.

Eadem est incompatibilitas fidei & scientie, ac opinionis & scientie.

Vnus actus nequit haberi, qui sit fides aut opinio & scientia, nisi plures tales actus possint haberi simul.

Quamvis fides & scientia possint esse simul, non tamen vnus actus potest habere rationem vtriusque.

Vnus actus potest esse extrinsecus motiuis.

scientiæ, quæ non est simul actus opinionis: ergo quoties applicatur sufficienter abique impedimento causabit illum actum: sed quando proponitur conclusio cum motu scientiæ, & opinionis, & fidei, applicatur sufficienter intellectui, aliàs non posset intellectus producere actum, qui esset scientia, & opinio; nec ponitur aliquod impedimentum, ergo tum producitur actus, qui est scientia, & non est opinio; sed ex suppositione quod intellectus tum assentiat scientiæ illi conclusioni per actum illum, qui est scientia, & non est opinio, non debet dici quod assentiat scientiæ per alium actum, qui simul est scientia & opinio, nec debet dici quod intellectus habeat virtutem simul producendi duos assensus scientiæ: ergo reuera intellectus non potest producere actum, qui est simul scientia, & fides, ac opinio.

33. *Dices*, poni impedimentum in tali casu, quia scilicet simul proponitur eadem conclusio sub motu fidei, & opinionis.

Contra primò, quia gratis dicitur quod illa propositio sub aliis illis motuibus sit impedimentum quo minus conclusio proposita sub motu scientiæ possit causare actum, qui solummodo sit actus scientiæ, & non opinionis aut fidei, modo non sit impedimentum, quo minus possit producere actum, qui sit scientia vltimo modo.

Contra secundò, quia inde sequeretur quod non posset intellectus simul habere plures actus, quorum unus sit scientia, alter fides, & alter opinio; sed certe videtur absurdum quod intellectus possit habere vnum simul ex illis diuersis motuibus, & non possit habere simul plures actus ex illis motuibus, & iam ostendimus oppositum in prima conclusione.

34. *Obijciat* contra hanc conclusionem: unus actus voluntatis potest esse ex diuersis motuibus, misericordia v. g. liberalitatis, & iustitia: ergo unus actus intellectus potest esse ex diuersis motuibus scientiæ, opinionis, & fidei. Probatur consequentia à paritate rationis. Hoc est potissimum fundamentum oppositæ sententiæ. Aliqui negant antecedens: & supposito quod possit cum fundamento negari, non solum tolleretur hoc fundamentum, sed confirmari posset conclusio illo exemplo hoc modo: Non potest voluntas elicere vnum actum ex diuersis motuibus virtutis, quamvis possit simul habere plures actus ex illis diuersis motuibus: ergo nec intellectus potest elicere vnum actum ex motuibus scientiæ, opinionis & fidei, quæ quidem consequentia est satis apparsens; sed antecedens videri posset esse contra experientiam, de quo tamen suo loco, nempe in materia de actibus humanis.

Respondet nunc aliter negando consequentiam objectionis: & disparitas est, quod voluntas non sit causa naturaliter agens respectu sui actus, nec consequenter obiectum propositum sub vno motu determinat ipsam ad actum; siue proponatur sub solo illo motu, siue proponatur sub diuersis motuibus, & consequenter non est inconueniens quod voluntas possit vno actu tendere in illud obiectum, siue ex vno solo motu, siue ex pluribus, prout ipsi placet. At intellectus est causa naturaliter agens respectu actus scientiæ, opinionis & fidei, licet quantum ad actus opinionis, & fidei subordinetur voluntati; unde determinabitur ad plures actus positos istis motuibus, si illa motiua simul possint mouere ipsum; nec à voluntate potest determinari sic, ut possit pro libito voluntatis aut vnum actum, aut plures actus elicere circa obiectum sub omnibus illis motuibus; sed si velit voluntas quod assentiat ob illa motiua, supposita illa volitione, determinabitur ad plures actus, quorum vnus respiciat vnum motuum, & alter alterum: quod valde aduertendum est hic.

CONCLUSIO IV.

Habitus opinionis & fidei nequit in actu qui non sit aut authoritate, quod habitus opinionis habeat talem vim; tum quia sequeretur, quod habitus opinio-

nis & fidei esset habitus scientiæ, quia nihil aliud est habitus scientiæ, quam habitus qui faciliat intellectum ad scientiæ actum producendum; tum quia habitus omnis limitatur ad suum obiectum motuum formale, ita vt non possit concurrere ad actum, nisi ex illo motu: ergo habitus opinionis non potest concurrere ad actum scientiæ, nisi ex motu opinionis: sed si actus ille eliceretur ex motu opinionis, sequeretur quod esset actus opinionis contra hypothesein: ergo, &c. tum denique, quia frustraneus esset concursus habitus opinatiui ad illum actum.

CONCLUSIO V.

36. *Actus scientiæ & opinionis nequeunt naturaliter esse simul in eodem intellectu de eadem conclusione.* Hæc est authorum primæ, tertiæ, quartæ, & sextæ sententiæ contra secundam & quintam sententiam.

Probatur primò, quantum ad opinionem & fidem, quatenus habent secum annexam formidinem de opposito propositionis, quam quis opinatur & credit; quia impossibile est quod quis formidet de opposito propositionis, quam euidenter & certò scit esse veram: sed scit omnem propositionem circa quam versatur actus scientiæ, esse certam & veram euidenter: ergo nequit habere de vlla tali fide, aut opinionem cum formidine de opposito istius propositionis.

Probatur secundò vniuersaliter de opinione & fide secundum se, etiam quatenus possint esse absque actuali formidine, quia experientia constare videtur nos non moueri per authoritatem fallibilem, aut motuum incertum ad assentiendum propositioni, quando habemus motuum certum & euidentem ad assentiendum ipsi: ergo nequit esse simul actus fidei, aut opinionis cum actu scientiæ de eadem propositione, etiam quando non adesset actualis formido de opposito istius propositionis.

37. *Probari solet tertio*, quia non potest intellectus determinari necessario ad assensum propositionis, & determinari libere ad assensum eiusdem simul: sed determinatur necessario, quando habet actum scientiæ, & libere quando habet actum fidei aut opinionis: ergo nequit habere tales actus simul. Hæc probatio non sufficit, quia licet esset inconueniens, quod determinaretur libere ad vnum assensum, & determinaretur necessario ad eundem, non esset inconueniens quod determinaretur necessario ad vnum assensum ex vno motu, & non determinaretur necessario, sed libere ad alterum assensum circa eandem propositionem per aliud motuum.

38. *Probari solet quarto* satis communiter, quia non potest idem obiectum esse euidentem, & ineuidentem, clarum, & obscurum, certum, & incertum, quia hæc sunt contradictoria vel formaliter, vel virtualiter, hoc est talia, ex quibus sequitur contradictio: sed ita accideret, si darentur simul de eadem propositione fides, opinio & scientia: ergo nequeunt esse simul. Hæc probatio non solum probat conclusionem connaturaliter, sed etiam de potentia absoluta.

Respondent tamen aduersarij ad hanc probationem negando maiorem cum sua probatione, dicunt enim contradictoria esse debere de eodem secundum idem: sed non competeret illi propositioni obiectiue esse euidentem, & ineuidentem, certam, & incertam secundum idem; quia competeret ipsi esse euidentem, & certam, secundum quod terminaret actum scientiæ, obscuram vero & incertam quatenus terminaret actus opinionis, & fidei: ergo illa non sunt contradictoria, nec formaliter, nec virtualiter.

39. *Contra* hanc responsionem, si hæc doctrina esset vera, sequeretur quod ex nullis actibus sequeretur contradictio, nequidem ex amore, & odio eiusdem obiecti, nec ex assensu, & dissensu eiusdem conclusionis: sed hoc est absurdum: ergo & illa doctrina, ex qua sequitur. Probatur sequela, quia dato amore, & odio eiusdem obiecti, assensu, & dissensu conclusionis eiusdem, posset dici quod contradictoria illa prædicata non conuenirent eidem propositioni secundum idem: posset enim dici quod amaretur, ut terminat amorem, & secundum motuum amoris; odio haberetur ut terminaret odium, & secundum motum

motuum odij, & quod eadem propositio esset iudicata vera, vt terminaret assensum, iudicata falsa vt terminaret dissensum. Et eodem modo posset dici quod calor, & frigus in summo esse possint in eodem subiecto, quia non sequeretur contradictio secundum idem, esset. n. summe frigidum secundum frigus, & non esset summe frigidum secundum calorem. Immo posset dici quod forma, & negatio eius non essent contradictoria in eodem subiecto: nam non haberet subiectum illud vtramque secundum eandem rationem; sed haberet formam, vt afficeretur per formam, & haberet negationem, vt afficeretur per negationem.

Vnde patet certissimum illud axioma, quod scilicet contradictoria, vt sint vere contradictoria, debeant esse secundum idem, non debere sic intelligi, vt obiectum materiale proximum, cui dicerentur competere illa contradictoria, non possit considerari sub diuersa ratione per ordinem ad ipsam contradictoria. Sed debet sic intelligi quod non sint censenda contradictoria, quae competunt alicui secundum diuersas rationes materiales, vt si competeret homini esse similis Angelo in rationalitate, & dissimilis in animalitate aut materialitate, nec etiam quae sic competunt rei, vt non excludat simpliciter alterum. Quare oportet vt aduersarij ostenderet quod illa praedicata, quae asseruntur contradictoria in probatione, competant propositioni secundum diuersas rationes materiales; aut non sint talia, vt vnum excludat simpliciter alterum ab illa propositione.

40. *Alij respondent* negando minorem, quia in tali casu obiectum deberet dici simpliciter clarum, & certum, & non deberet dici simpliciter obscurum aut incertum; sicut si quis vno oculo videret rem clare, aut alio obscure, diceretur simpliciter videre clare, & obiectum diceretur simpliciter clare visum; & si quis percuteret aliquem vna manu grauitur, altera leuiter, diceretur simpliciter grauitur percussus, & percussus diceretur simpliciter grauitur percussus.

Hac responsio reducit difficultatem realem ad questionem de nomine: nec villo modo satisfacit, primo, quia tam simpliciter posset dici percussus leuiter vna manu percussus leuiter, ac percussus grauitur, si esset percussus grauitur altera manu; & idem est de obiecto viso obscure per vnum oculum, & clare per alterum: aequum. n. simpliciter potest dici visum obscure, & visum clare, nec dari potest ratio vlla cur ita non diceretur, aut dici posset. Secundo, quia licet possit obiectum videri clare vno oculo, & obscure altero, tamen non potest videri clare, & obscure simul ab eodem oculo; & similiter licet possit res percuti grauitur vna manu, & leuiter altera, tamen non potest percuti grauitur, & leuiter simul eadem manu: ergo idem intellectus non potest videre clare, & obscure simul idem obiectum.

Dices disparitatem esse, quod potentia illa externa sint limitata ita, vt non possint habere plures actus simul respectu eiusdem obiecti ex diuersis motibus, quod admodum possunt intellectus, & voluntas.

Contra: hinc solum habetur quod possit intellectus habere plures actus circa idem obiectum ex pluribus motibus, sed non habetur quod possit habere plures actus quorum vno videret clare, & altero obscure obiectum.

41. *Melius responderi posset* ad hanc probationem communem, examinando rem a fundamentis, vt videatur an claritas, & obscuritas, certitudo, & incertitudo sint compatibilia simul, aut incompatibilia de eodem obiecto respectu eiusdem intellectus. Itaque obiectum opinionis, & fidei non videtur esse alio modo obscurum, ineuidens, & incertum, nisi quatenus proponitur sub ratione motiua, quae non habet necessariam connexionem cum veritate rei creditae aut opinatae, sic vt implicaret rem illam aliter se habere, supposita existentia illius motiui. Obiectum vero scientiae esse euidentis, & certum, non est aliud quam quod proponitur per motiui, cuius veritas est euidentis, & cuius connexio necessaria cum re scita videtur euidenter sic, vt determinetur intellectus ad iudicandam & veritatem motiui, & connexionem eius cum re illa scita. Hoc supposito, certum est posse obiectum

proponi simul intellectui & per motiui habens necessariam connexionem cum veritate obiecti, & per motiui quod non habet necessariam connexionem cum illa veritate, nam certum est quod sciens omnem hominem esse risibilem, possit audire aliquem dicentem, quod omnis homo esset risibilis: ergo non est inconueniens nec dicit contradictionem vllam, quod idem obiectum sit clarum & obscurum, certum, & incertum respectu eiusdem intellectus.

42. *Confirmatur hoc primum*, quia quando dicitur quod idem obiectum non possit proponi clare & obscure, vel intelligitur hoc de propositione formali, quae fit per ipsas cognitiones scientiae, & opinionis, seu fidei; & sic peteretur principium; hoc. n. est quod controuertitur, an possint scilicet dari illi actus simul, & obiectum per illos proponi: vel id intelligitur de propositione aliqua antecedente ad actus illos, quae propositio fieret per apprehensionem obiecti & motiuorum scientiae & fidei, ac opinionis; & certum est posse obiectum sic proponi per motiua diuersa scientiae, & fidei ac opinionis simul.

43. *Confirmatur secundum*, quia secundum Authores tenentes nostram conclusionem, potest idem obiectum cognosci diuersis cognitionibus, quarum vna est altera perfectior, vt cognitione in verbo & in proprio genere, cognitione per se infusa, & cognitione acquisita: ex quibus cognitionibus cognitio in verbo supponitur, esse clarior, quam cognitio in proprio genere; & cognitio per se infusa supponitur esse clarior quam cognitio acquisita. Sed certe ex hoc videtur sequi similis contradictio illi, qua videtur in hac probatione: ergo sicut illa non est vera contradictio impediens, quo minus possunt esse simul scientia acquisita & per se infusa eiusdem obiecti, ita haec quae videtur in probatione, non est vera contradictio impediens, quo minus actus scientiae & fidei possint esse simul. Probatur minor, quia ex eo, quod scientia acquisita & per se infusa ac beata possint esse simul de eadem propositione, sequeretur quod illa propositio esset perfecte ac clare proposita, & imperfecte ac obscure; proposita, clare quidem & perfecte per scientiam beatam, & per se infusam; imperfecte & obscure per scientiam acquisitam: nam sicut dicitur quod obiectum proponatur obscure & imperfecte per fidem, quia fides est obscurior & imperfectior quam scientia, cur non diceretur obiectum proponi obscure & imperfecte per scientiam acquisitam, quandoquidem sit obscurior & imperfectior quam scientia per se infusa?

Hac responsio videtur mihi valde probabilis, & sufficere ad enervandam vim praedictae probationis quarta: vnde non inuenio melius fundamentum rationis pro conclusione, quam probationem secundam.

44. *Probari tamen potest vltimus* argumento dependente ab auctoritate hoc modo: Secundum sanctos Patres fides diuina non est compatibilis cum scientia; ergo nec fides humana aut opinio. Consequentia videtur euidentis a paritate rationis. Probatur antecedens ex S. Augustino, tract. 40. in Ioannem: *Quid est fides nisi credere quod non vides?* & tract. 68. *Fides autem quod non vides credit, nam si vides, iam non est fides.* Item ex S. Chrysostomo hom. 21. in ep. ad Hebr. Bern. ep. 190. Greg. hom. 26. qui obicientes sibi quomodo Thomas crediderat quod videbat, Ioann. 20. Respondent eum aliud vidisse, nempe Christum hominem; aliud credidisse, scilicet illum hominem, quem vidit esse Deum.

Confirmatur per illud Pauli 1. Cor. 13. *Cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est*; ex quo loco & ex eo quod dixerat antecedenter, quod scilicet charitas non excidat, colligunt Theologi comuniter fidem non mansuram in Patria: sed si posset haberi actus eius cum scientia clara, non esset vlla ratio cur excideret aut non maneret. Nec valet quod ab aliquibus dicitur, visionem beatam ob suam perfectionem excludere fidem actualem; actus vero scientificos huius status illam non excludere. Nam praeterquam quod hoc gratis dicatur, vltimus visio beata non habet vllam rationem excludendi fidem de eadem re visa magis, quam habet visio ocularis huius

Probatio
ex Parti-
bus.

Vides di-
uina non
est com-
patibilis
cum sci-
entia.

huius status, aut intellectus principiorum: tam enim clare, & certe videt oculus colorem propositum, & intellectus intelligit totum esse maius sua parte, quam beatus videt clare, & certo Deum, sicut enim non potest intellectus dubitare de existentia Dei à se visi, ita nec de veritate primi principii, aut de existentia rei visæ: ergo si visio beata excludit fidem, etiam cognitiones certæ, & evidentes huius status excludent illam.

45. *Alii respondent* aliter ad prædictas auctoritates, & præsertim *Coninck. disp. 2. de fide dub. 2.* nempe eas intelligendas in sensu formali, ita scilicet ut velint, aut quæ videntur, ut sic formaliter, non credi; aut ea non credi, quibus solum assentimur ob motiva evidentia.

Contra: hæc responsio attribuit sanctis Patribus ineptissimum ac ridiculum modum loquendi: ergo non est admittenda. Probo antecesses, quia inepte, & ridicule diceret sancti Patres, quod nemo crederet per actum visionis, aut videret per actum fidei, aut quod nemo crederet cum non haberet actum fidei, sed solum actum visionis, sed hoc est quod dicerent iuxta prædictam responsionem.

Confirmatur secundo: inepte, & falso quis diceret quod nemo potest videre corporaliter, & intelligere eodem tempore idem obiectum; sed esset tam bonus ac verus modus loquendi, ac prædictus ille sanctorum Patrum iuxta hanc responsionem: posset enim intelligi in sensu formali, sic scilicet, ut sensus esset, quod nemo potest videre corporaliter, & intelligere per visionem corporalem idem obiectum, quod esset verissimum.

Confirmatur secundo: quia si in illo sensu loquerentur sancti Patres, non esset necesse ad ostendendum quomodo Thomas vidit quod credidit, recurrere ad diversa obiecta materialia: nam possent dicere facile quod vidit per actum visionis, & credidit per actum fidei.

46. *Obiicies primo:* non repugnant esse simul: ergo dicendum est quod naturaliter possint esse simul.

Respondeo, quidquid sit de antecedenti, de quo statim negando consequentiam; quia calor & frigus in summo non repugnant simul simpliciter, nec duo corpora in eodem loco, aut unum corpus in diversis locis, & tamen id fieri nequit naturaliter.

Obiicies secundo: auctoritas hominis veracis revelantis omnem hominem esse risibilem, est sufficiens determinativum intellectus ad assentiendum isti propositioni, supposito imperio voluntatis, ita ut intellectus nequeat proposita revelatione talis hominis, & imperio voluntatis, non assentiri: sed potest proponi illa revelatio homini scienti per demonstrationem à priori illam propositionem & potest voluntas velle ut credat; ergo necessario crederet in tali casu.

47. *Respondeo*, distinguendo maiorem: quando proponitur illa propositio clare, nego: quando non proponitur, concedo. Itaque sicut ignis posset producere calorem in re frigida, si non fuisset impeditus per frigus, & non posset producere quando impeditur per frigus, in casu scilicet quo agens conservativum frigoris esset potentius ad conservandum frigus, quam ignis ad producendum calorem: Ita obiectum per revelationem propositum esset sufficiens causa ad generandum fidem, quando non esset impedimentum scientiæ; non est autem sufficiens quando ponitur illud impedimentum.

Aliud argumentum Theologicum proponit *Coninck. supra* ad probandum, quod de facto compatiuntur fides & scientia. Sed imprimis responsio remittenda est ad Theologiam, ad quam spectat, & præterea non probat aliud, quam quod fides supernaturalis possit esse cum scientia. Quamvis autem id esset verum de fide supernaturali, non sequeretur idem de fide naturali aut opinione, nam illa fides supernaturalis habet conditionem particularem, nempe certitudinem, & perfectionem supernaturalitatis, ratione cuius quamvis posset esse cum scientia, non sequeretur quod fides naturalis, & opinio possent esse cum scientia, quandoquidem non habeant illam conditionem.

CONCLUSIO VI.

48. *E potentia absoluta possunt esse simul fides, opinio, & scientia.* Hæc est iuxta secundam sententiam, & negatur à pluribus ex illis, qui tenent primam, ab aliquibus tamen non videtur negari.

esse simul fides, opinio, & scientia.

Probat brevis, quia non apparet repugnantia aliqua in hoc magis, quam in eo, quod calor in summo, & frigus in summo possint esse in eodem subiecto simul, aut duo corpora in eodem loco, aut unum corpus in duobus.

Dices: amor & odium non possunt esse simul de eodem obiecto: ergo nec fides & opinio cum scientia. *Respondeo* negando consequentiam; quia certe multo maior apparet esse incompatibilitas inter accessum & recessum ab obiecto eodem, quam inter duos accessus diversarum rationis: sed amor, & odium habent rationem accessus, & recessus & assensus illi fidei & scientiæ habent rationem duorum accessuum: ergo quamvis implicarent simul amor & odium, non tamen implicant actus fidei & scientiæ.

49. *Dices secundo:* *Scotus in 3. dist. 24. num. 13.* ait impossibile esse quod scientia strictè loquendo, prout definitur primo posteriorum, possit esse simul cum fide de eodem.

Respondeo ipsum intelligendum de potentia ordinaria & naturali, non de extraordinaria & absoluta. Sæpe enim apud Doctores dicitur absolute non posse fieri, quod non potest fieri naturaliter, aut de potentia ordinaria. Imo ipsa Scriptura dicit impossibile esse placere Deo absque fide, sed certe posset quis de potentia absoluta placere Deo absque ulla fide, ut si communicaret alicui aliam cognitionem supernaturalem, quæ non esset fidei, vel ipsam visionem beatificam: ergo non est inconueniens, aut difficile, quod *Scotus* dum loquitur absolute, restringatur tamen ad potentiam naturalem, & ordinariam.

Obiicies tertio non posse intellectum esse certum & incertum de eadem propositione, nec eandem propositionem posse vlla ratione esse claram & obscuram: ergo. *Respondeo* ex dictis circa conclusionem præcedentem negando antecedens de potentia absoluta.

Dices ex Complutensibus: per actum scientiæ iudicat intellectus prædicatum conclusionis convenire necessario, & per actum opinionis iudicat illud non convenire necessario, sed contingenter: sed implicat ut sic iudicet simul aut uno, aut pluribus iudicijs: ergo.

Respondeo negando maiorem pro secunda parte: solū enim iudicat per actum opinionis prædicatum convenire, nec dicit quod conveniat necessario, nec quod non conveniat, sed bene movetur quidem à motivo, quod non concludit prædicatum illud convenire necessario.

50. *Obiicies quarto ex iisdem:* sequeretur quod posset habere actum erroneum, & scientiam de eodem obiecto, *Respondeo* negando sequelam, quia actus erroneus oppositus actui scientiæ debet esse aut dissensus, si actus scientiæ sit assensus; aut assensus, si actus scientiæ sit dissensus. Non potest autem intellectus assentiri, & dissentiri simul eidem propositioni; unde nequit habere actum scientiæ & erroris de eadem conclusionem, quamvis possit habere duos assensus, quorum unus sit fides, & alter opinio.

CONCLUSIO VII.

51. *Potest habitus fidei & opinionis esse simul cum actu scientiæ, & cum habitu ipsius.* Hæc est contra Authores fidei & opinionis potest esse cum actu scientiæ. Hæc est contra Authores fidei & opinionis potest esse cum actu scientiæ. Hæc est contra Authores fidei & opinionis potest esse cum actu scientiæ.

Probat conclusio primo, quia habens habitum scientiæ de aliqua conclusione, potest eandem, quando non proponitur ipsi medium scientifico, probare per medium probabile, aut assentiri ipsi propter dictum prudentis viri. Sed in tali casu non perderet habitum scientiæ, tū quia nulla ratio est, ob quam illum habitum perderet; tū quia postea proposito medio scientifico experiretur se facilem ad assentiendum scientiæ tam bene, quam si non

Actus scientiæ & erroris aut nequeant esse simul.

Habitus fidei & opinionis potest esse cum actu scientiæ.

non

De potentia absoluta possunt

non eliciuisset actum illum opinionis : ergo actus opinionis potest stare cum habitu scientiæ. Deinde per illum actum opinionis generaret aliquem habitum, quia eo frequentato sentiret se faciliorem ad assentiendum probabiliter : ergo simul haberet habitum scientiæ & opinionis, & idem est de habitu fidei.

Respondent Complutenses cum Majo, posse quidem cum habitu scientifico stare actum opinionis, negant tamen per illum actum acquiri habitum opinionis, sed potius firmari habitum scientiæ, non quidem quod reuera intendatur aut fiat maior, sed quod aliquo modo extendatur ad iudicandum de eadem conclusione per media probabilia : nec nouum, inquit, videtur quod aliquis actus, qui aliàs generaret habitum opinionis, non generet ipsum in præsentia scientiæ, sed potius formaret & extenderet habitum scientiæ, quia in doctrina *D. Thomæ* per actus habituum infusorum non acquiritur alius habitus, sed extenditur & formatur ipsemet habitus infusus.

52. *Hæc doctrina satis mihi videtur mirabilis. Primo*, quia ipsi augmentum, & intensiorem habitus fieri dicunt non per additionem noui gradus, sed per extensionem aut formationem maiorem eiusdem gradus : ergo dum dicunt formari habitum scientiæ & extendi per actum opinionis, male dicunt quod non augeat & intendat habitum scientiæ. *Secundo*, quia absurdissimum est quod aliquis actus dependens ab vno motiuo extendat aut firmet habitum ad actus dependentes ab alio motiuo, & sane alias posset dici quod quicumque habitus quocumque actu formari & extendi possit. Et quod adducunt ex *sancto Thomæ* ad ostendendum id non debere esse nouum, non est vlllo modo ad rem : nam aliud est quod vnus actus posset formare, & extendere habitum à quo procedit absque productione alterius habitus, vt dicit *S. Thomas* contingere in actibus infusis ; aliud vero est, & longissime diuersum, quod vnus actus natus provenire ab vno habitu, & caulare vnum habitum, possit formare aut extendere alium habitum, à quo non procedit, & quæ non est natus producere vlllo modo. *Tertio* denique, vel facilitatur quis post multos actus opinionis ad similes actus per habitum scientiæ, vel non : si non, ergo facilitatur per alium habitum, quod est nostrum intentum : si sic, ergo habitus scientiæ erit habitus opinionis & versabitur circa aliud motiuum quàm motiuum scientiæ, quo nihil est absurdus.

53. *Probatur secundo*, quia habens habitum opinionis intensum, acquisitum variis actibus, si postea proponatur eadem conclusio demonstratiue, non perdit totum illum priorem habitum, sicut habens habitum intensum intemperantiæ, & exercens vnum actum temperantiæ non statim perdit illum habitum totum intemperantiæ : ergo manet simul cum habitu illo opinionis habitus scientiæ acquisitus per illum actum scientiæ.

Respondent Complutenses negando antecedens & paritatem inter habitus intellectus & voluntatis : assignant autem disparitatem, dicentes, quod quia ratio nequeat totaliter superare appetituum potentiam, eo quod per vnum actum non possint proponi voluntati omnes rationes, & motiua diligendi aliquid, ideo non potest per vnum actum habitus virtutis generari ; sed quia intellectus quantum est ex parte sua omnino conuincitur per vnam demonstrationem ad assentiendum conclusioni scientificæ ; non vero per vnam rationem probabilem, ad assentiendum conclusioni probabilis, ideo per vnum actum potest generari habitus scientiæ, non vero opinionis : ex quo, inquit, rursus sequitur, quod licet habitus voluntatis paulatim se inuicem excludant, & etiam habitus opinionis, tamen habitus scientiæ statim excludat habitum opinionis.

54. *Hæc etiam doctrina non minus mira videtur, & impugnantur primo*, quia si ideo habitus temperantiæ non acquiritur vnicuique actu, quia ratio, mediante qua habetur ille actus, non proponit voluntati omnem rationem boni & diligendi : ergo etiam si frequentaretur millies idem actus, non acquiritur ille habitus, quia nec

millies frequentato isto actu proponuntur voluntati omnes rationes diligendi. *Deinde*, etiam si intellectus determinetur per vnam demonstrationem ad assentiendum conclusioni, non sequitur inde quod tollatur facilitas illa præcedens assentiendi illi conclusioni probabiliter per medium probabile, quando proponitur conclusio per medium probabile, & non proponitur per medium scientificum : ergo non sequitur inde, quod tollatur habitus opinionis per habitum scientiæ. *Rursus*, quamuis non determinetur intellectus per habitum opinionis, quia vt ante dixi, opinio omnis est actus liber, tamen facilitatur ad actum opinionis per habitum acquisitum vno actu ; sed habitus iste est opinio : ergo acquiritur habitus opinionis vno actu, sicut acquiritur habitus scientiæ.

55. *Probatur tertio conclusio*, quia potest stare habitus fidei theologicæ cum habitu & actu scientiæ ; ergo & habitus fidei acquisita ac opinionis. Probatur consequentia, quia ideo non possunt hæc stare simul, quia habitus fidei & opinionis sunt obscuri, habitus vero & actus scientiæ sunt clari & euidentes : sed habitus etiam fidei theologicæ est obscurus : ergo si hoc non obstat potest stare cum habitu & actu scientiæ, poterunt etiam habitus opinionis & fidei acquisita stare simul cum actu & habitu scientiæ. Probatur ergo maior, quia fidelis habens habitum fidei infusæ potest scire per demonstrationem, multa ex illis quæ antecederet credidit & sunt credibilia, vt, v.g. quod Deus existat ; & potest per frequentes huiusmodi demonstrationes acquirere habitum scientificum circa illas conclusiones sine iactura fidei, quia alias non posset credere aliis articulis reuelatis, & creditu necessariis ; suppono enim cum omnibus Theologis eundem numero habitum fidei theologicæ, & infusæ esse, quo mediante credimus omnia reuelata & credibilia.

56. *Respondent Complutenses ex D. Thomæ*, Catholicum, qui acquisiuit scientiam de propositione credibili, perdere eo ipso habitum fidei formaliter circa illum articulum, quia scilicet habitus fidei, qui manet in ipso, non inclinat vltius ad credendum illi articulo, aut propositioni sub ratione formali reuelationis obscuræ. Plura alia adiungunt facili impugnationis ; sed sufficiet veritati impugnare hanc ipsam doctrinam.

Impugnatur ergo primo, quia sufficit ad veritatem nostræ conclusionis, quod habitus fidei, quoad totam suam entitatem physicam & metaphysicam, maneat simul cum habitu & actu scientifico : hoc autem concedunt Aduersarij in hac responsione. *Secundo*, quia falsum est quod non possit habitus fidei inclinare ad assensum circa conclusionem scitam non obstante actu & habitu scientifico acquisito, quando proponeretur illa conclusio, vt reuelata, & non proponeretur vt connexa cum medio scientifico : ergo manet habitus fidei non solum realiter, quod sufficeret nobis, sed etiam formaliter hoc est, vt potens inclinare ad assentiendum propositioni scitæ. *Tertio*, quemadmodum dicunt hi Authores, quod habitus fidei diuine manet realiter, sed non formaliter circa conclusionem scitam ; ita possumus nos dicere, quod maneat habitus fidei acquisita & opinionis circa conclusionem scitam realiter, licet non formaliter ; quod plane est nostrum intentum. *Quarto*, sicut dicunt similiter, quod non possit manere habitus fidei & scientiæ respectu eiusdem conclusionis simul, quia habitus fidei non manet formaliter in sensu explicato : ita posset quis dicere quod non maneat in homine potentia intellectiua ad opinandum aut errandum circa conclusionem scitam, quia licet maneat realiter intellectus, tamen non manet formaliter in illo sensu, hoc est, non est potens habere actum opinionis, aut erroris ex suppositione scientiæ : sed hic modus loquendi est fatuus incommodus : ergo & ille Complutensium.

57. *Probatur quarto conclusio* : potissima ratio, ob quam repugnarent habitus scientiæ & opinionis, est, quia essent principia actuum oppositorum, & determinatiua intellectus ad actus oppositos, v.g. ad actus claros & obscuros ; & potissima ratio, cur habitus opinionis nequirit stare cura actu scientiæ, est, quia est principium deter-

redam

minatiuum ad actum oppositum & incompatibilem cū actū scientiæ: sed hæc ratio nō vtget: ergo vere habitus opinionis: & idem est de habitu fidei, est compatibilis connaturaliter cum habitu & actū scientiæ. Probatur minor, quia naturaliter solet fieri, & de facto necessario fit, vt aliquis simul habeat principium actuum oppositorum, & simul cum vno actū ex oppositis principium alterius actus oppositi. Nam vnusquisque hominum habet voluntatem, quæ est principium amoris & odii, & habet eandem voluntatē simul cū amore aliquando, & aliquando simul cum odio. Deinde aliquis potest habere habitum determinatiuum ad vnum actum, v.g. temperantiæ simul cum vno actū intemperantiæ; imo & simul cum habitu intemperantiæ in aliquo gradu.

Confirmatur hoc, quia magis videntur incompatibiles actus temperantiæ, & intemperantiæ, quam actus fidei & scientiæ: ergo si principia istorū actuum possint esse simul, & quodlibet ex illis cū actū alterius, poterit habitus scientiæ esse simul & cum habitu, & cum actū opinionis. Probatur antecedens, quia actus temperantiæ est nolle intemperate viuere, & actus intemperantiæ est velle intemperate viuere, sed velle, & nolle, absolute aliquod obiectum sunt magis incompatibilia, & opposita, quam duo quicunque assensus, quibus iudicatur conclusio aliqua esse absolute vera; aut saltem, quod nobis sufficit, certum est quod assensus scientificus, & opinionis non possint esse magis incompatibiles, quam isti duo actus volendi, & nolendi.

58. *Obijciunt pro Complutensibus:* Habitus & actus versantur circa idem obiectum, & habent eandem rationem formalem attingendi illud: ergo si actus repugnant, & habitus repugnabunt.

Respondetur primo, si hoc argumentum valeret, sequeretur quod habitus scientificus, & actus opinionis essent incompatibiles contra Aduersarios, & omnes.

Respondetur secundo, negando consequentiam, quia alias habitus temperantiæ, & intemperantiæ non possent esse simul in vllis gradibus, contra experientiam, & etiam Aduersarios. Per quod patet etiam ad confirmationem quam iidē Authores adducunt, nec necesse est hic proponere.

Obijciunt secundo: Ideo nigredo, & albedo connaturaliter sunt incompatibiles in eodem subiecto, quia nata sunt causare effectus incompatibiles, vt disgregare, & congregare visum: ergo quandoquidem habitus scientiæ, & opinionis sint nati causare actus incompatibiles, debent dici esse incompatibiles.

Respondetur, hoc argumentum esse ad oppositum, quia albedo, & nigredo possunt esse simul in gradibus remissis, licet non possint in summo: ergo similiter habitus scientiæ, & opinionis possent esse simul in gradibus remissis, quod sufficit nobis, quamuis non possent esse simul in gradibus intensis.

59. Deinde, quamuis albedo, & nigredo nō possent esse simul vlla ratione, non esset idem de ipsis dicendum atque de habitibus, de quibus agimus; quia cum albedo non possit applicari ad suū effectū, quin nigredo applicaretur necessario ad suū, nec sit vlla ratio, cur vna potius haberet effectū quam altera, & vtriusque effectus sint incompatibiles, omnino connaturaliter exigitur destructio vnius ad positionē alterius, quia nisi destrueretur altera ex illis, vel neutra haberet effectū, vel certe vna ex ipsis nō posset habere, & sic superflue, cōseruarentur in rerū natura. Sed positis duobus habitibus scientiæ, & opinionis eiusdem conclusionis simul in eodem intellectu, posset applicari vnus habitus ad suū effectum sine eo, quod alter applicaretur: posset enim proponi medium demonstratiuum, non proposito medio probabili, & cōtra; vnde vterque suo tempore posset habere suū effectum, nec vnus impeditet alterum, nec vltus ex illis superflue cōseruaretur.

QVÆSTIO IV.

De scientia subalternante, & subalternata.

60. Communiter tenent Authores aliquas scientias dari, quæ sunt subalternantes, aliquas subalter-

natas, & aliquas etiam, quæ nec sint subalternantes, nec subalternata. Vt hoc autem intelligatur, oportet hic examinare, quid sit *scientia subalternans*, & quid *subalternata*; cognita vero harum scientiarum ratione, facile erit cognoscere quid sit scientia, quæ nec sit subalternans, nec subalternata.

Itaque *scientia subalternans* est sine dubio scientia habens aliam scientiam sibi aliqua speciali ratione subordinatam, & à se dependentem: & *scientia subalternata* est scientia illa, quæ alteri scientiæ subordinatur, & est ab ipsa dependens illa speciali ratione: quia vero pluribus modis scientia aliqua alicui subordinari potest, hinc pluribus modis potest dici subalternata, quos propterea modos hic breuiter proponemus.

Primo modo posset dici vna scientia subalternata, & subiecta alteri, ex eo, quod obiectum ipsius esset contentum sub obiecto alterius, sicut quodlibet ens particulare continetur sub ente vt sic; & hoc modo Physica esset subalternata Metaphysicæ, & vna pars vnius scientiæ alteri scientiæ. Hæc reuera subalternatio & subiectio est valde impropria, quamuis enim obiectum vnius scientiæ sit contentum sub obiecto alterius, tamen non inde sequitur vnam ex illis scientiis proprie subiecti aut subalternari alteri, nisi præterea ipsamet scientia ab altera scientia aliquantulum dependeat: vnde quandoquidem Physica, quæ est scientia de corpore naturali, haberi possit absque Metaphysica, nec ab hac vlla particulari ratione dependeat, non potest dici, nisi improprie huic subalternari aut subiecti.

Secundo modo posset dici vnam scientiam alteri subalternari ex eo, quod ipsi famuletur, & inseruiat: sic ars fransfactoria subalternatur equestri: & hæc sane subalternatio est multo propior quam prima, quia in ipsa, mer scientiis reperitur aliqua connexio secundum se.

Tertio modo subalternari potest dici scientia scientiæ, quando vna scientia dependet ab vna vel pluribus præmissis cognitis per illam aliam scientiam, vt v.g. Medicina ad concludendam aliquam conclusionem suam, nempe quod contrariis contraria sint curanda, dependet ab hac præmissa, quæ cognoscitur in Physica, quod contraria se mutuo expellant ab eodem subiecto.

Quarto potest dici quod subalternetur vna scientia alteri, quando vna scientia considerat obiectum alterius scientiæ, sub aliqua tamen ratione accidentali: sic Perspectiua dicitur subalternari Geometriæ, quia vtraque considerat lineam, sed hæc secundum se considerat lineam, Perspectiua vero considerat illam, vt visualis est. At hæc etiam subalternatio esset impropria, sicut prima, nisi esset dependentia aliqua in scientia, quæ haberetur de ipso secundum se.

Vltimo denique ad perfectissimam subalternationem requirunt Authores communiter tres condiciones. *Prima* est, quod subalternans & subalternata versentur circa idem obiectum. *Secunda*, vt subalternata consideret illud obiectum sub ratione aliqua accidentali. *Tertia*, quod subalternata habeat pro præmissa aliquā conclusionem, quam ipsamet non demonstrat, sed quæ fuit demonstrata in scientia subalternante. Quoties adsunt tres hæc condiciones, habebitur scientia perfectissime subalternata; quoties deerit aliqua ex illis, non habebitur. Nec requiritur alia probatio ad hoc probandum, quam quod authores intelligant communiter nomine scientiæ subalternantis, & subalternatæ, propriissime loquendo, scientias illas, quibus competunt hæc condiciones, quibus etiam in hac acceptione fauet *Philosophus hic*. Solum posset esse difficultas, quomodo scientia subalternata, quandoquidem sit propria scientia, considerare possit obiectum scientiæ subalternantis cum conditione accidentali, quandoquidem obiectum cum tali conditione sit vnum per accidens, de quo non videtur haberi posse scientia proprie dicta.

Sed ad hoc responderi posset ex dictis supra hac disputatione m. 14. posse haberi scientiā de aliquo vno per accidens, licet non strictissimam, nec esse necesse, vt scientia subalternata sit scientia in strictissima acceptione scientiæ.

Variis modis accipitur scientia subalternans, & subalternata.

Cur albedo & nigredo in obiectis incompatibiles magis quam habitus fidei, & opinionis.

Dring

Deinde responderi poterit, quod scientia subalternata, non consideret per se primo & obiectum & conditionem accidentalem, demonstrando aliquam proprietatem de utroque; sed quod agat de obiecto in ordine ad illam conditionem accidentalem, sicut dicitur Physica agere de ente mobili, non quod agat per se primo de corpore, & mobilitate, sed quod agat de corpore in ordine ad mobilitatem.

63. His præmissis de natura scientiæ subalternantis, & subalternatæ, controuersia realis hic examinanda est, an possit aliquis habere scientiam subalternatam sine subalternante, seu an habitus ille, qui inclinaret ad assentiendum conclusioni deductæ ex præmissis, quæ non essent euidentibus, posset habere rationem scientiæ.

Ut hæc res bene intelligatur, aduertendum est, dupliciter posse quem philosophari de scientia subalternata. Primo, vocando scientiam subalternantem, actualem illam cognitionem, quæ habetur de aliqua conclusione cum dependentia actuali à cognitionibus scientificis scientiæ subalternantis; & scientiam habitualement subalternatam, habitum qui acquiritur per tales cognitiones actuales subalternatas & sic dependentes. Secundo, vocando scientiam subalternantem, actualem cognitionem, quæ habetur de conclusione cum dependentia à præmissis demonstrabilibus in scientia subalternata, sed tamen non demonstratis actu, nec cognitio euidentibus ab eo, qui infert ex illis illam conclusionem, & vocando scientiam subalternatam habitualement habitum, qui acquiritur per huiusmodi cognitionem.

CONCLUSIO I.

64. Non potest haberi scientia actualis aut habitualis subalternata, quæ vere scientia rationem habet, absque scientia subalternante. Hæc est Doctoris nostri satis expresse in 3. dist. 24. quæst. 1. num. 18. cum suis, quos sequitur Suarez dist. 1. Metaphysica, Caietanus, Bagnes, Molina 1. parte quæst. 1. art. 2. Aueria quæst. 27. sect. 6. & alij plures contra Capredum q. 1. prologi, conclus. 1. & plurimos Thomistas, quos citat & sequuntur Complutenses hic q. 3. & Ioannes a S. Thoma quæst. 26. art. 3. quibus fauet sanctus Thomas.

Probatur conclusio primo de actuali scientia, quia nulla cognitio actualis, quæ non est certa, & euidentis, potest habere rationem veræ scientiæ: sed cognitio dependens à præmissis non euidentibus, aut certis, non potest esse certa, & euidentis: ergo talis nequit esse vera scientia: sed omnis cognitio actualis subalternata est cognitio dependens à præmissis, quæ non sunt notæ ex terminis, nec cognoscuntur euidentibus, nisi per scientiam subalternantem: ergo nulla talis potest esse scientia absque scientia subalternante.

Probatur secundo, quoad cognitionem habitualement, quia illa habet solum rationem scientiæ habitualis, quæ potest inclinare ad scientiam actualem: sed habitus acquisitus per cognitionem, quæ non est scientia, nequit inclinare ad scientiam: ergo nequit esse scientia habitualis: at omnis habitus, qui acquiritur per cognitionem dependentem à præmissis, quæ sunt conclusiones scientiæ subalternantis sine scientia subalternante, est habitus acquisitus per cognitionem, quæ non est scientia: ergo non potest habitus scientificus subalternatus absque scientia subalternante haberi.

Posset breuius probari hæc pars hoc modo: eatenus scientia habitualis subalternata posset haberi absque subalternante, quatenus scientia actualis subalternata posset haberi absque subalternante: sed hoc nequit fieri, ut patet ex probatione primæ partis, ergo, &c.

Confirmatur secundo: Ille qui concludit in Medicina quod contraria contrariis curantur, ex eo, quod contraria à contrariis expellantur ab eodem subiecto, vel cognoscit euidenter illud antecedens, quod scilicet contraria se mutuo expellant, vel non cognoscit illud euidenter, sed solum cognoscit illud probabiliter, aut per opinionem, aut per fidem. Si dicatur primum, iam habet scientiam actualem physicam, quia sola, ut supponitur, illud euidenter cognosci potest. Si dicatur secundum, ergo non habet scientiam certam, & euidentem de conclusione, quia im-

possibile est quod conclusio sit euidentior præmissis, & consequenter quamuis possit dici habere cognitionem subalternatam, tamē non potest dici quod illa cognitio sit vera scientia. Quæ sane probatio mihi videtur convincere conclusionem.

65. Fundamentum potissimum Thomistarum proponitur à Complutensibus supra; summa eius consistit in hoc, quod ratio substantialis scientiæ attendatur penes certitudinem, quæ intellectus adhæret scibili, neque requiritur quod actu habeat euidentiam, sed sufficit quod ex natura sua postulet illam habere: sed aliquis potest certo assentiri conclusioni subalternatæ absque scientia subalternante de præmissis, modo credat absque formidine illas præmissas esse veras, sicut potest optime cōtingere, quandoquidem credimus multa absque formidine, ut fuisse olim Iulium Cæsarem, Alexandrum Magnum, & similia, quæ non sunt nobis euidentia, & in casu nostro Medicus posset sic credere Physico dicenti quod contraria expellat contraria: ergo potest quis assentiri certo, & consequenter scientiæ conclusioni subalternatæ absque scientia subalternante, & potest per plures similes actus acquirere habitum, qui sit scientia habitualis subalternata, absque subalternante, qui habitus, & actus non habebunt quidem euidentiam actualiter, sed postulant illam habere.

Confirmant autem hanc doctrinam ex Nazario, quia assentiens conclusioni subalternatæ credit habenti scientiam subalternantem non ut homo, sed ut habens talem scientiam, & ideo habet firmitatem, quæ habitui scientifico in deducendo sufficit: maxime, inquit, cum talis habitus sit valde imperfectus, & fides non concurrat ad illum in virtute propria, sed in virtute scientiæ subalternatæ, cuius defectum supplet.

Confirmant præterea, quia assensus conclusionis subalternatæ per se, & ex specie sua petit procedere à scientia subalternante; quando verò procedit à fide, est quasi per accidens ob defectum subalternantis, cuius loco substituitur, & virtute cuius operatur fides: ergo assensus ille non participat obscuritatem, & consequenter nihil deest ipsi ad rationem scientiæ.

66. In hoc fundamento plurima displicent, ex quibus insufficiencia eius constabit. Displicet primo quod dicat sufficere ad scientiam certitudinem, & non requiri actualem euidentiam, modo exigatur talis euidentia; nam si sufficeret certitudo, fides saltem diuina, quæ summam habet certitudinem, esset scientia, maxime in sententia, quæ asserit eam esse discursuam, quod tamen à nemine asseritur; & quod hi authores supponunt, Theologiam nostram esse scientiam, est falsum omnino, ut suo loco probabitur. Deinde non requiritur ad scientiam euidentiam actualem, sed sufficere exigentiam connaturalem eius, gratis asseritur, præterea, & præcipue falsum est, quod supponunt, nimirum assensum conclusionis subalternatæ innixum præmissis creditis exigere euidentiam connaturaliter, licet eam per accidens non habeat: nam ille assensus dicit dependentiam essentialem ad præmissas creditas: sed assensus sic dependens nequit etiam de potentia absoluta esse euidentis, sicut nequit assensus probabilis esse euidentis, & assensus euidentis esse probabilis: ergo non exigit ille assensus euidentiam connaturaliter, sed potius exigit non habere euidentiam.

Et si dicatur illum assensum eiusdem esse speciei cum assensu eiusdem conclusionis procedente à præmissis cognitio per scientiam subalternantem: Dico etiam hoc falsum: sunt enim tam distincti, quam duo assensus, quorum vnus haberetur ex præmissis clare, & certe cognitio, alter vero ex iisdem præmissis cognitio tantum probabiliter, qui sunt sine dubio distinctæ speciei. Ex quo corrumpitur totum fundamentum, cuius vis erat, quod assensus ille, quandoquid esset certus, & exigeret euidentiam, esset scientificus.

67. Displicet secundo quod asserunt assensum illi conclusionis subalternatæ, innixum præmissis creditis, esse certum certitudine sufficienti ad scientiam proprie dictam; quia licet quis possit per fidem humanam credere aliquid certo certitudine morali, non tamē certitudine physica, aut metaphysica, quia non obstante quacumque certitudine habita

Non potest haberi scientia subalternata absque subalternante.

Assensus deductus ex præmissis de fide non exigit euidentiam nec certitudinem.

Non sufficit certitudo moralis ad scientiam.

habita de re aliqua per fidē humanā potest intellectus formare discursum, quo conuincatur ad iudicandū possibile esse oppositū absolute, & simpliciter: sed certitudo moralis nō sufficit ad sciētiā strictā, de qua hic agimus, ergo assensus ille non habet certitudinem sufficientem ad scientiam.

Confirmatur : si assensus ille habet certitudinem sufficientem ad scientiam, ergo actus ille fidei certus, cui innitur, habet certitudinem sufficientē ad intellectum principiorum, à paritate rationis: sed hoc est absurdum: ergo & illud vnde sequitur.

68. *Displicet tertio*, quod asserūt assentiēte cōclusioni subalternatæ sine sciētia subalternatæ. v.g. Musicū, qui nō sit Arithmeticus, assentiēte alicui cōclusioni musicæ depēdēti à præmissis demonstratis in Arithmetica, credere Arithmetico, non quia homo quomodocunq; sed quia est sciens Arithmeticam; quasi hinc fides habita ipsi sortiretur certitudinē. Hoc in quā omnino displicet, quia etiam si, quod magis est, cognosceretur certō, & euidenter esse sciēs, quod difficulter cōtingere potest, tamen adhuc dependet ab autoritate humana ipsius præcise qua humana, an quod diceret, esset verū: necne; posset. n. quātūvis esset sciēs, proponere aliquid, tanquā à se scitū, quod reuera non esset scitum ab ipso; imo & quod haberetur ab ipso met pro falso: ergo quod ipse proponat rem scitā ab ipso met, nō cōstat audienti, aut discenti alio modo quā propter autoritatē humanā ipsi incertā, quæ quia fallibilis, & incerta est, propterea incertū erit, an illa res proposita ab ipso sit scita: ergo fides innixa tali autoritati erit incerta, quemadmodū esset illa, quæ haberetur ipsi, etiā si nō esset Arithmeticus.

Confirmatur hoc, quia supponamus Thomistam proponere alicui illa scientia nō prædico, quod ipse sciat tā bene materiā primā non posse existere sine forma aliqua, quā cōtraria expelli à contrariis; is, cui hoc proponitur, æqualem habet certitudinem de vtraque propositione, & æque credit illi ut physico: sed certum est quod non possit esse certus de prima propositione certitudine vlla sufficienti ad scientiam: ergo nec de secūda; & consequenter si inferat ex secunda propositione hanc conclusionem medicam, quod contrariis contraria sint curāda, cōclusio nō poterit ipsi esse certa certitudine vlla sufficienti ad scientiā magis, quā esset ipsi certa cōclusio deducta ex altera illa propositione de materiā prima.

69. *Displicet quarto*, quod dicunt habitū fidei nō in virtute sua cōcurrere ad assensū cōclusionis subalternatæ, sed in virtute sciētiæ subalternatæ: *Primo* quia sic posset quis dicere, quod omnis opinio, cuius saltē obiectum esset reuera à parte rei verū, haberet certitudinē, non quidē à se formaliter, sed à sciētia illa, quæ ab aliis haberetur de illa re, in cuius sciētiā virtutē influeret illa opinio. Quemadmodum. n. fides de se incerta potest influere certitudinē in virtute sciētiæ, nō habitū ab ipso credente; cur opinio similiter facere non posset: *Deinde* fides quæ est in vno, non potest accipere virtutē à sciētiā, quæ est in alio, nec potest quis explicare qua ratione ab ipsa virtutē acciperet. Et sane id imaginari mihi videtur valde chymericū, & excogitatū mere ad euadendam difficultatē, quā tamē non euadit apud vllū, qui vel leuē fecerit reflexionē. *Præterea*, quamuis demus quod accipiat aliquam virtutē ab illa sciētiā, nō tamē virtutē, quæ faciat intellectū certū, quādoquidē possit dubitare, an alter haberet scientiā, & an, supposito quod eā habeat, proponat rē à se scitā potius, quā rē ignoratā, aut falsā.

70. Ex his breuiter colligitur, assensū cōclusionis subalternatæ, habitum absq; scientiā subalternatæ, nec habere certitudinē, nec euidentiā sufficientē ad scientiam strictā, nec exigere alterutrā ex ipsis habere: nec procedere in virtute sciētiæ ab habitu fidei. *Et per hoc patet* ad duas confirmationes supra adductas pro aduersariis.

Contra quorū secundam potest præterea virgeri, quod cōclusio cōtradicat doctrinæ positæ in fundamēto; nā in fundamēto supponit quod assensus cōclusionis subalternatæ absq; sciētiā subalternatæ non sit actus euidēs, sed cōclusio cōfirmationis secūda est, quod non sit actus obscurus: ergo debet esse actus euidēs, inter. n. as-

sensum euidentem actū, & obscurum actū non datur medium, ut patet.

Alio modo proponit Ioannes à S. Thoma fundamētū sentētiæ Thomisticæ nostræ cōclusioni oppositæ. Probat, ergo habitū illū, quo inclinamur ad assensū subalternatū esse scientiā absq; scientiā subalternatæ, quia petit ex natura sua esse cōtinuatus cū sciētiā subalternatæ: vnde quandoquidem esset scientia, quādo cōtinuaretur absq; productione noui habitus subalternati, etiā quādo nō est cōtinuatus, erit sciētiā, licet nō habeat tū statū perfectū, nec possit facere intellectū certū & euidentē actū formaliter, sed solū radicaliter. Et fortassis hoc est, quod alii Thomistæ volūt dicere, quādo asserūt quod assensus cōclusionis subalternatæ petat & exigat provenire à sciētiā subalternatæ, quia petit procedere ab habitu, qui exigit cōnaturaliter cōtinuari cum subalternatæ.

71. *Hac etiam doctrina* facile impugnari potest ex dictis contra *Cōplures*: quia falsum est quod habitus ille, quo inclinamur ad assentiendum cōclusioni depēdēti à præmissis creditis aut cognitis probabiliter, petat cōtinuari cum scientiā subalternatæ de iisdē præmissis: imo si vera est sententia Thomistarū multorum, quod nequeat habitus fidei, & sciētiæ esse simul de eodem obiecto, non poterit ille habitus simul cū sciētiā subalternatæ cōtinuari, quia ille habitus dependet ab habitu fidei, quo creditur præmissis, & cōsequēter quādo quidē ille habitus fidei in hac sententia nequeat esse cum habitu scientifico subalternatæ de iisdē præmissis; nequit habitus cōclusionis ab illo dependens stare simul cum eodem habitu scientifico subalternatæ.

Confirmatur, quia habitus ille cōclusionis subordinatæ acquiritur per actus specie distinctos ab actibus, qui versarentur circa eandē cōclusionē cū dependentia ab habitu subalternatæ; & nequit inclinare ad actus depēdētes ab habitu subordinatæ; ergo nō petit continuari cū habitu subalternatæ. Consequētia est euidēs, quia ideo peteret cōtinuari, ut posset cōcurrere ad actus dependentes à subalternatæ. Probatur antecedens, quia acquiritur per actus depēdētes à præmissis creditis, & limitatur ad tales actus: sed actus dependentes à præmissis creditis sūt distinctissimæ speciei ab actibus dependentibus à præmissis cognitis euidenter, aliā opinio, & fides nō distinguerētur specie à sciētiā: ergo habitus ille acquiritur per actū specie distinctos, & nequit cōsequēter inclinare ad actus procedētes à sciētiā subalternatæ.

In hoc autem deceptus videtur dictus author, quod existimauerit per eundē habitum, quē aliquis acquisiuit absq; scientiā subalternatæ, cum acquisita deinde subalternatæ scientiā, simul cum illa subalternatæ scientiā elicere actum scientificum circa cōclusionē subalternatā. Non ita autē contingit, sed quādo acquirit habitum subalternatæ, & eo mediante assentitur cōclusioni subalternatæ, acquirit nouum habitum circa cōclusionē illam subalternatam, qui habitus est scientificus, & distinctissimæ rationis ab habitu, quo ante acquisitā scientiā subalternatā facilitabatur ad assentiendū eidem cōclusioni cum dependentia à præmissis iisdē, ut fide aut opinione cognitis; quod mihi tā clarū videtur ut mirū videatur posse in dubiū verti, re bene examinata.

Q V Æ S T I O V.

Verum detur habitus scientificus, & in quo consistat.

72. *P* Et habitum scientificum seu scientiam habitualem, intelligimus hic aliquid, quod faciliat intellectū ad hoc, ut possit quando liberet voluntati, expedire, & celeriter, ac sine difficultate habere actum scientiæ.

C O N C L V S I O I.

Datur habitus scientificus. Hæc est cōmuniissima cum Philosopho 2. Ethicor. 1. & 3. Ethic. 5. contra eos autores paucos, qui vniuersaliter negant habitus, *Probat*ur experientia, qua constat nos, quo sapius demonstramus aliquam cōclusionem, reddi faciliores ad illā demonstrandam, & cognoscendam cōclusionē eius sciētificæ: ergo datur aliquod principiū vnde provenit huiusmodi facilitas; sed illud est, quod intelligimus nomine habitus scientifici: ergo datur habitus scientificus.

Ce Dicitur

Datur habitus scientificus.

Dices : illam facilitatem non provenire ex aliquo positivo, sed ex remotione impedimentorum; sed per habitum scientificum, omnes intelligunt aliquod positivum facilitans: ergo non datur habitus scientificus.

Confirmatur, quia si valeret illa experientia, probaret, quod darentur habitus in membris corporeis in ordine ad operationes, quas aliquando facilius, aliquando difficilius exercent, sed hoc videtur absurdum: ergo illa experientia nihil probat.

Contra hanc replicam facit *primò*, quod non possint assignari vlla impedimenta ex parte intellectus, quo tollerentur, & quibus ablatis haberet facilitatem sciendi. *Deinde* non potest dari ratio vlla cur tollerentur impedimenta post repetitam demonstrationem pluries potius quam ante, nisi aliquid acquireretur tum, quod antea non erat; ergo quando adest facilitas, adest habitus scientificus. Vnde in forma negatur maior replicæ.

Et ad confirmationem respondeo primò, concedendo sequelam maioris, & negando minorem.

Respondeo secundo, negando sequelam maioris: & disparitas est quod possint assignari in membris corporeis impedimenta multa, quæ excluderent facilitatē, quam ablatis illis impedimentis haberent, ut nimiam duritiē aut molliem, in proportionem partium, & similia; qualia assignari non possunt ex parte intellectus.

73. *Obiicitur*: Visus, quia est potentia naturalis, non indiget habitu ad videndum: sed intellectus est potentia naturalis: ergo non indiget habitu.

Respondetur communiter, negando maiorem præcisē; & in sensu formali; sed potius ratio, cur non indigeat habitu, est quod sit talis potentia naturalis, distinctæ scilicet rationis ab intellectu.

Cut visus non indigeat habitu, intellectus vero sic.

Et si queratur, quanam sit illa taleitas in ratione potentie naturalis in visu, ob quam non indigeat habitu, quæ taleitas non sit in intellectu.

Respondetur communiter, quod sit illa taleitas, vnde oritur ut visus non possit habere plures actus distincte rationis circa idē obiectum, sed determinatur ad vñ; hinc enim fit, ut non habeat difficultatem, nec indigeat determinatione, quæ fieret per habitum. Intellectus autē nō habet talē naturā, sed potius oppositā, quia potest eidē propositioni propositæ obiectivæ nūc discedere, nūc assensire, nūc firmiter, nūc probabiliter tantū adherere, aut nō adherere ipsi; & propter hanc indeterminatōnē suā indiget habitu determinante & facilitante.

Sed instari optime potest contra hanc doctrinā, quod licet intellectus possit habere varios actus distincte rationis circa vnicā conclusionē secundū se nude cōsideratā, seu materialiter acceptā, tamē nō potest ex se habere aliquē aliū actū circa conclusionē propositā demonstratiue quā assensumjmo & in nostra sententiā tā determinatur tū ad assensū, quā visus ad videndū albū propositū; & si posset iuxta aliorū sententiā nō assentiri, imperatē voluntate, hoc nō oriretur ex natura sua, nec ex aliqua difficultate, quam haberet in assentiendo, sed ex parte voluntatis: vnde si esset aliquis habitus propterea ponendus, deberet poni potius ex parte voluntatis, quam intellectus: ergo sicut visus non indiget habitu ad videndū obiectum propositum sufficienter, quia nequit non videre ipsam, ita nec intellectus indigebit habitu ad assentiendū cōclusioni scientificæ propositæ.

Quod etiā *confirmatur* experientia, quia licet intellectus habeat difficultatē in proponenda cōclusionē scientificæ, & demonstratiue, nō tamen habet difficultatē vllā in assentiendo ipsi, quando demonstratiue proponitur, quādoquidē in eodē ipso instanti, quo sic proponitur, determinetur ad assensum absq; vlla prorsus mora.

Habitus scientificus non ponitur ad faciendum intellectus ad assentiendum cōclusioni propositæ.

74. Propter hoc mihi valde probabile videtur, quod habitus scientificus non ponatur in intellectu ad faciendum ipsū ad assentiendū cōclusioni scientificæ propositæ, sed potius ad proponendā ipsā scientificæ, nā in ordine ad illā propositionē sentimus difficultatē quādoq; & quādoq; facilitatē, & ablata difficultate propositionis, nulla manet difficultas acquirendi sciētiā aut assentiēdi sciētificæ illi conclusioni. Vnde in forma *Respondeo* ad replicā principālē negādo paritatē de intellectu, & visu quātū

ad habendū habitum: ideo enim visus non habet habitū, quia ipsiusmet non est proponere sibi obiectū, & eo proposito non indiget habitu; sed intellectus habet virtutem proponēdi sibi obiectum, & quia potest varia obiecta proponere & vñ obiectum variis modis, potest habere difficultatē in proponēdo vero obiecto, tali vel tali ratione, & indigere propterea habitu.

Dices contra hoc: habitus, quo facilitatur intellectus ad proponendā conclusionē demonstratiue, est habitus demonstratiuus logicus: sed præter illum habitum datur in intellectu alius habitus, nēpe physicus & metaphysicus ergo non bene dicitur quod habitus scientificus possit proponere conclusionem scientificæ.

Respondeo negando maiorem, neq; enim habitus demonstratiuus logicus posset vnquā se solo facilitare ad proponendā demonstratiue cōclusionē physicā, aut metaphysicā, sed alius præterea habitus ad hoc requiritur.

75. *Dices secundo*: Intellectus cū habitu est causa naturaliter agens: ergo deberet semper necessariō proponere conclusionem demonstratiue: sed hoc est falsum: ergo non datur talis habitus in intellectu.

Quod si respondeatur: intellectus cū habitu non esse causam adæquatā proponendi conclusionē demonstratiue, sed requiri ulterius propositionem specierum conclusionis, & præmissarum, & propterea non debere proponi cōclusionem sic, nisi propositis illis speciebus.

Contra adhuc instari potest, quod si requiratur propositio illa specierum, superfluat habitus, quia intellectus ipse propositis speciebus facillime proponit conclusionem, & assentitur ipsi absque habitu vllō.

Hęc instātia sēper mihi visa est difficilis. *Responderi tamen potest*, experientia colligi nos facilitari quādoq; ad proponēdas species tali vel tali ordine, quomodoq; id accadat, & illud, a quo sic facilitamur, esse habitū, qui tamē habitus debet habere occasionē aliquā, vnde hic & nūc determinetur ad proponendā sic cōclusionē, nimirū voluntatē aut desiderii cognoscendi demonstratiue talē aut talē cōclusionē, quā voluntatē aut desiderio supposito, intellectus, si habeat habitum scientificū, facile proponet conclusionē demonstratiue, si autem non habeat, vel nullo modo, vel non nisi ægrē illā proponet.

Solet hic examinari, in quonam consistat ille habitus, an in speciebus coordinatis, vel qualitate aliqua absoluta distincta. Sed hoc examinabitur in libris de Anima disputatione de habitibus.

QVÆSTIO VLTIMA.

De vnitatē & distinctione scientiarum.

76. *D*ifficultas huius quæstionis valde exaggeratur à *Cōpluribus*, à *Ioanne à S. Thoma*, & aliis, & sane quidquid sit de aliorū sententiā, ipsorum non solū difficilis, sed inexplicabilis mihi videtur. Ut res ipsa intelligatur, suppono primò potissimum quæstionē esse de scientiis totalibus speculatiuis, respicientibus plures cōclusiones & plura media: non de scientiis partialibus ex quibus tot quot respiciunt, aut diuersas cōclusiones, aut diuersa media aut etiā diuersa principia essētiāter & necessario requisita, diuersæ speciei erūt ex hoc ipso.

Suppono secundo, quantū ad sciētiās totales difficultatē posse esse vel de sciētiis totalib; actualibus, vel de habitualibus. Si autē loquamur de scientiis totalib; respicientibus plures cōclusiones & plura media, certū est, quod nulla ex illis sit vna numero: an autem sint vna specie, pendet ex dictis quæst. præmiali, & ex ibi dictis suppono tanquā certū, quod includat partes sciētiās distinctas specie. Sed quandoquidē quālibet sciētiā totalis actualis includat multas sciētiās partiales distinctas specie, difficultas erit cur aliqua sciētiā distinctæ specie faciat vna totalē sciētiā potius quā omnes, v.g. cur omnes illæ sciētiæ actuales quæ dicuntur integrare metaphysicā, potius dicantur facere vñā integram scientiā, quam omnes omnino scientiæ dicantur facile vñā totalē sciētiā. Quod si loquamur de sciētiā habituali, difficultas est, an sciētiā totalis habitualis sit vna simplex qualitas, an verò aggregatū ex pluribus habitib; partialibus; & ex suppositiōne, quod sit huiusmodi aggregatū, examinādū erit, cur plures

plures habitus metaphysici v.g. faciāt vnam scientiā totālē potius, quam omnes habitus scientifici tā metaphysici & mathematici faciant vnam scientiam totalem aggregatam ex omnibus.

Alia difficultas est, an isti plures habitus, qui distinguuntur numero, & cōstāt vna sciētiā, v.g. Metaphysicā, sint distinctæ speciei, necne: & supponēdū est sciētiā habitualem non cōsistere in speciebus coordinatis, sed in aliqua qualitate superaddita potentia & speciebus illis, acquirita per actus scientificos, siue immediate facili ter intellectū ad illū assēsū, siue solū facili ter ipsū ad proponēdas prēmīssas & cōclusionē debito modo: quorū dicēdi modorū perinde est quis teneatur quātū ad præsentiē difficultatē.

Examinantur variae sententiæ.

77. *Prima sententiā* est nō dari varias scientias totales distinctas, sed omnium rerū vnicā esse sciētiā totalem. Hæc tribuitur *Egydio 1. Met. q. 22. Mirandulano l. 13. de euerfione singularis certaminis, & aliis.* Duobus autem modis potest intelligi hæc sententiā: *primò* sic, vt quemadmodū ex collectione plurium sciētiarū metaphysicarū distinctæ rationis integratur vnica sciētiā totalis tam actualis quā habitualis metaphysica, sic posset ex collectione omnium sciētiarū actualiū & habitualiū fieri vna sciētiā totalis actualis & habitualis, quæ se extēdat ad omnia scibilia. Et sane si hoc modo intelligatur, nullā habet incōueniētiā, nec potest dubitari, quin deat huiusmodi aggregatū, q. sit vnū aggregatione & ordine etiā tā bene, quā aggregatū ex omnibus sciētiis metaphysicis aut physicis. Sed vt hic sensus non habet difficultatē, ita nec iuuat ad propositæ quæstionis solutionē, in qua supponimus Metaphysicā, Physicā, & Mathematicā, esse distinctas scientias totales, & querimus vnde habēt suā distinctionē & vnitatē.

Alio modo posset intelligi hæc sententiā sic, quod reuera non sint plures habitus scientifici in intellectu distinctæ speciei, sed q. vnico simplicissimo habitu inclinatur & facili ter ad omnia scibilia: & in hoc sēsu falsissima est, vt probatur experientia, quæ cōstat nos faciles esse ad cognoscēda aliqua scibilia, & difficiles ad alia: q. accidit ex eo q. habeamus habitū inclinātē ad aliqua sine habitu inclinātē ad alia: ergo nō vno habitu inclinamur ad omnia.

Addo tamē, in hoc sensu non debere videri Thomistis hæc sententiā improbabilis aut mira: nā perfectō tā facile defendi potest, q. vnicus habitus indiuisibilis inclinatur ad omnia scibilia, quā quod vnicus habitus indiuisibilis se extendat ad omnes cōclusiones metaphysicas, aut ad omnes physicas, aut logicas; vnde cum ipsi hoc asserant, non debent negare probabiliter huius sententiæ.

78. *Secūda sententiā* est tot esse specie distinctas scientias, quot sūt obiecta materialia specie distincta, quæ per scientias arguuntur. Hæc à *Soto & Masio* tribuitur *Nominalibus*, & manifeste falsa asseritur à *Complutensibus*, non alia tamen ratione nisi quod omnes fatentur vnam esse Geometriam, vnam Theologiam; sed secundum hanc sententiā essent plures Geometriæ, quia sunt plures conclusiones distinctæ speciei, quæ attinguntur à Geometria: ergo cuiuslibet tali conclusioni correspondet distincta specie scientiæ, & consequenter erunt plures Geometriæ.

Verum hæc impugnatio nihil vrget; nam quando dicitur quod Geometria sit vna, hoc non intelligitur de vnitatē specifica, quāsi Geometria tota esset vnica qualitas simplex eiusdem speciei, quæ se posset extendere ad omnes conclusiones Geometricas; & qui sic id intelligunt, male intelligunt, & oportet Complutenses probare quod sic debeat intelligi. Intelligitur ergo de vnitatē aggregationis, vt magis patebit ex dicendis.

Itaque reuera hæc sententiā mihi verissima videtur, præsertim si in qualibet conclusione sit difficultas distincta, aut si præmissæ, ex quibus inferitur sint diuersæ rationis. Sed tamen non sufficit veritas huius sententiæ ad solutionem quæstionis principalis, quia adhuc manet examinandum, cur plures scientiæ distinctæ rationis dicantur integrare vnicam scientiam totalem, v.g. Metaphysicam, potius quam alia scientiā.

Tertia sententiā parū distat à precedentiē, fatetur enim scientiam totalem quamlibet includere quidem plures

scientias specie distinctas, sed tamen non tot, quot sunt conclusiones distinctæ, vt dixit præcedens; nā existimant vnicum specie habitū posse deferuire ad plures passionēs de eodē obiecto demonstrandas, & cōsequenter inclinare ad diuersas cōclusiones. Ita *Toletus q. 3. proœm. Ogn. q. 1. art. Niger q. 1. 3. clypei.* Verū hæc diuersitas param facit ad propositū, quia adhuc æque manet examinandū, cur plures illæ scientiæ faciant vnicā scientiam. *Deinde* existimo esse falsum, quod vnicus habitus possit sufficere ad plures passionēs de obiecto eodem demonstrandas, quia bene potest quis esse facilis ad vnam passionem, sine facilitatē ad demonstrandam aliam, & consequenter habitus facilitans ad vnam non facili ter ad alteram.

79. *Quarta sententiā* tenet quālibet scientiā totālē, præsertim habitualē, esse vna per se simplicē qualitātē, & nō plures qualitates, nec cōstāt ex pluribus qualitatibus. Hæc tenet *Complutenses*, qui dicūt eā procū dubio esse *S. Thomæ 1. 2. q. 54. art. 4.* & pro ea citant plures *Thomistas*. Quia vero difficillimum videtur ostēdere, cur vnus simplex habitus possit sufficere pro omnibus cōclusionibus metaphysicis, & nō possit etiā sufficere pro cōclusionibus physicis, ac mathematicis, propterea valde laborāt hi auctores in assignāda ratione, cur vnus simplex habitus extendat se ad solas, & omnes metaphysicas, & alius ad solas, & omnes mathematicas. *Ratio autem difficultatis* est hæc, quod in Metaphysica sint plures cōclusiones distinctissimæ rationis, & difficultatis, ex quibus aliquis potest scire qualdā habitualiter, & actualiter, & ignorare alias: ergo si hoc non obstatē vnus habitus possit inclinare ad illas, similiter poterit vnus habitus inclinare ad cōclusiones metaphysicas, & physic. neq. videtur esse vlla ratio, cur nō possit, nisi q. cōclusiones phys. sūt distinctissimæ rationis à metaphysicis, & distinctissimas difficultates habēt.

Quod si dicatur, vnicū habitū simplicem posse sufficere ad omnes conclusiones metaphysicas, quia omnia obiecta istarū cōclusionū continentur sub vno obiecto adæquato, nimirum ente, ad quod illa omnia attribuuntur, manet adhuc difficultas, cur nō possit idē habitus extendere se ad cōclusiones physicas, quādoquidē corpus naturale, quod est obiectū adæquatum Physicæ, continetur sub ente, tanquam species eius, & possit consequenter ad ipsum attribui non minus quam substantiæ spirituales, quæ continentur sub ipso, attribuuntur ipsi.

80. *Ad hanc difficultatem tollendam*, & defendendā prædictā sententiā, *Thomistæ* cōmunitē, & nominatim *Complutenses* hic multa dicūt, quæ veritatis gratia nobis etiā examināda sūt. *Dicūt ergo primò* quod in obiecto formali scientiæ, hoc est illo obiecto, q. per se attingitur à sciētiā, duæ rationes sunt cōsiderandæ: ratio nimirum formalis quæ, quæ vocatur obiectū formale quod, & ratio formalis sub qua, quæ vocatur obiectū formale quo: ex his autem sciētiā specificatur à ratione formali sub qua, & non à ratione formali quæ v.g. visus versatur circa colorē, & tēdit in colorē, vnde ratio caloris est ratio formalis quæ; lux vero, aut idē modūs immutadi potentiā erit ratio formalis sub qua, à qua specificatur visus; nā quandoquidem visus tendat in plures colores, oportet vt habeat vnicā rationē specificatiuā, quæ ratio non potest esse ratio coloris, quādoquidē attingat plures rationes diuersas coloris, vt albedinē, & nigredinē: debet ergo esse aliud, nimirum, vt dixi, lux, vel idē modūs immutadi potētia. Quod autem hæc duæ rationes sint assignāda in obiecto sciētiæ probat ex eo, q. eadē cōclusio possit attingi per diuersas sciētiās: ergo præter rationē formale quæ, quā attingūt istæ diuersæ sciētiæ, debet assignari plures rationes formales sub qua, quarū vna specificet vna ex illis sciētiis, & alia alterā. Similiter plures cōclusiones spectāt ad eandem scientiam, quamuis habeāt diuersas rationes formales quæ; quia nimirum conueniunt in eadem ratione formali sub qua.

81. *Dicunt præterea*, obiectū scientiæ debere necessariō esse quid abstractū à materia: & quia triplex est materia, à qua potest obiectū sciētiæ abstrahi, hinc cōsiderat triplicē abstractionem à materia in obiectis scientiarum. Illæ tres materiæ sūt *materia singularis, materia scibilis, materia intelligibilis.* *Materia singularis* est ipsa singularitas, & ab

C c 2

Declaratio sententiæ Thomistæ.

Quo sēsu omnium scibilia vna sit scientia.

Tot sciētiæ quot cōclusiones distinctæ.

hac materia abstrahit omnis scientia; materia sensibilis sunt omnes qualitates sensibiles, quae sensibus percipiuntur corporeis, & ab hac abstrahit Mathematica, quae considerat quantitatem non considerando, an sit affecta ullis talibus qualitatibus; & etiam Metaphysica, quae non considerat tales qualitates, neque subiectum, ut afficitur illis. *Materia intelligibilis* est ipsa materia prima, & ab hac abstrahit Metaphysica, quae non considerat ipsam, nec aliquid dependens ab ipsa, ut ab ipsa dependens. Unde habemus tria genera scientiarum: *Primum* istius scientiae, quae abstrahit à sola materia singulari, & non abstrahit à materia sensibili aut intelligibili, & haec est Physica seu Philosophia naturalis; *alterum* istius scientiae, quae abstrahit & à materia singulari, & etiam à materia sensibili, non tamen ab intelligibili, ut Mathematica, quae considerat quantitatem, ut independentem à materia sensibili, non tamen ut independentem à materia intelligibili, hoc est à materia 1. *Tertium* denique istius scientiae, quae abstrahit ab omni materia, à singulari scilicet à sensibili, & ab intelligibili, ut Metaphysica, quae neque singularitatem, neque quantitatem, neque materiam primam cognoscit.

82. Hinc colligitur has abstractiones esse de ratione formali *sub qua*, & specificatiua scientiarum; unde necessarium, quae habet abstractiones diuersas, sunt scientiae specie diuersae. Sed quia sunt aliqua scientiae specie diuersae habentes eandem abstractionem à materia, ut v.g. Mathematica omnes, addit praeterea non sufficere hanc abstractionem ad specificationem scientiarum, sed requirunt ulterius pro specificatione inadaequato unitatem mediour, quibus acquiritur scientia, & per quae, ratiō per lumina diuersa, intellectus adiunatur ad eam habendam Itaque quando haec media sunt in ratione luminis diuersa, tunc scientiae erunt diuersae, quāuis habeant eandem abstractionem à materia; quando vero & abstractio erit eadem & media eiusdem rationis, scientiae erunt eiusdem rationis specificae, & habitus facilitans ad illas erit vnica simplicissima qualitas; tunc autem media & principia erunt diuersae rationis, quādo vnū ex ipsis non sequitur ad aliud, nec reducitur ad aliquod principium commune, & tunc erunt eiusdem rationis, quādo vnū sequitur ex alio, aut vtrūque; ex aliquo tertio. Sic intelligo hanc communissimam Thomistarum sententiam, in qua plurima sunt, quae maximam habent difficultatem, & nihil prorsus, quod sufficiat ad intentum, ut constabit ex eius impugnatione.

Impugnatio predictae sententiae. Non datur illa ratio sub qua in omnibus scientiis actualibus quae sufficiat ad eorum unitatem specificam.

83. *Impugnabitur autem efficacissime* probando non dari ullam rationem vnā *sub qua*, in qua conueniunt omnes conclusiones pertinentes ad vnā scientiam totalem v.g. Physicam, quae sufficiat ad identitatem specificam omnium cognitionum actualium, quae habentur de illis conclusionibus, ac consequenter ad identitatem specificam habitus inclinantis ad illas cognitiones.

Probatur ergo hoc primo, quia omnino absurdum videtur cognitionem physicā, quae cognoscitur calor expellente frigore, cum repraesentet calorem secundum rationem formalem caloris, & frigus secundum rationem formalem frigoris, esse eiusdem speciei cum cognitione, quae cognoscitur homo esse constans materia & forma, aut esse generabilis & corruptibilis; ergo non datur in cognitionibus actualibus physicis aliqua ratio vnā *sub qua* sufficiens ad inferendam illam identitatem specificā istarum cognitionum. Probatur antecedens primo, quia nulla ratio, in qua istae duae conclusiones physicae, v.g. calor expellit frigus; homo est sensibilis, conueniunt, efficit quin cognitio prioris dicat essentialiter ordinem ad calorem, & negationem ordinis ad hominem, & cognitio posterioris dicat essentialiter ordinem ad hominem, & negationem ordinis ad calorem; ergo nulla ratio, in qua conueniunt potest efficere, quin istae cognitiones sint distinctae speciei quae, n. dicunt ordines ad diuersa specie ex natura sua intrinseca, necessarii sunt distinctae speciei, ut videtur euidenter.

84. *Probatur secundum idem antecedens*, quia species intelligibilis impressa coloris est distinctae speciei à specie intelligibili repraesentante hominem aut frigus, non obstante quacumque conuenientia quā habet ista obiecta, & speciatim non obstante conuenientia, quā habet in eadem abstractione à sola materia singulari, quia illae species repraesentant colorem, & frigus, & hominem secundum proprias rationes suas, & dicunt ordinem ad illa, ut sunt distinctae in esse rei; &

etiam cognitiones, quae habentur his mediantibus de iisdem obiectis, repraesentant formaliter illa obiecta, secundum quod differunt, & ut sic dicunt ordinem ad illa; ergo non obstante quacumque conuenientia, quam habent ista obiecta, & praesertim non obstante conuenientia in eadem abstractione, adhuc istae cognitiones erunt distinctae rationis, & speciei. Et sane quicumque hoc negaret de cognitionibus, & diceret quod sint eiusdem speciei, quia obiecta earum, licet sint in esse rei distinctae rationis, sunt tamen in esse sensibilis eiusdem rationis, eodem modo posset dicere quod illae species essent eiusdem speciei ob eandem rationem, quae aequae de speciebus ac de cognitionibus currit.

85. *Probatur tertio*, quia istae cognitiones habent diuersa obiecta formalia quae distinctae rationis, ut fatetur aduersarij, & illa obiecta ut sic distincta attinguntur per se primo à cognitionibus illis; ergo cognitiones specificantur ab illis saltem partialiter, & consequenter, ut obiecta sunt distinctae, cognitiones etiam erunt distinctae. Probatur consequentia prima, quia non est potior ratio, cur diuersae rationes formales *sub qua*, v.g. diuersae abstractiones à materia diuersificent scientias, quam diuersae rationes formales *qua*: sed secundum aduersarios, ubi sunt diuersae rationes formales *sub qua*, cognitiones erunt distinctae speciei; ergo ubi erunt distinctae rationes formales *qua*, cognitiones erunt distinctae rationis.

Dices disparitatem esse, quod obiecta formalia quae constituent obiectum in esse rei, ratio vero formalis *sub qua* constituit obiectum in esse sensibilis, potius autem debet specificari scientia à ratione constitutiva obiecti in esse sensibilis, quam à ratione constitutiva in esse rei.

Contra primo, quia quamuis daremus quod scientia specificaretur à ratione *sub qua*, non tamen inde sequeretur quod omnes scientiae conuenientes in ratione illa *sub qua* deberent esse eiusdem speciei, modo haberent diuersas rationes formales *qua*, quia specificatio earum ab illa ratione *sub qua* consisteret in hoc, quod poneret illam rationem distinguenter ab omnibus aliis scientiis, quae non haberent eandem rationem formalem *sub qua*, quod concessum non iuvat praedictam scientiam.

86. *Contra secundum*, quia gratis, & absque fundamento asseritur quod ratio formalis *qua* non constituat obiectum partialiter saltem in esse sensibilis; imò patet manifeste quod sic, quandoquidem per ordinem ad illam rationem potest colligi, quod vna scientia distinguatur specie ab alia, quia ex eo quod diuersae sint rationes formales *qua*, sequitur diuersas exigi necessarii species intelligibiles impressas ad scientias quibus cognoscitur ille diuersae rationes.

Dices colligi optime quod ratio formalis *qua* non specificet villo modo scientiam primo, quia vnica ratio formalis *qua* attingitur per diuersas scientias: secundum, quia non specificat potentiam: ergo nec scientiam à paritate rationis. Probatur antecedens, quia alias vna potentia non posset tendere in diuersas rationes formales *qua*, quod falsum apparet in oculo, qui tendit in albedinem & nigredinem.

Contra primam probationem, quia quāuis ratio formalis *qua* specificaret scientias in hoc sensu, quod quae haberet diuersas rationes formales *qua*, essent diuersae rationis, non inde sequeretur, quin diuersae scientiae possint tendere in eandem rationem formalem *qua*, modò haberent alia principia specificatiua: quoties autem diuersae scientiae tendunt in idem obiectum formale quod, aut in eandem rationem formalem *qua*, aderunt alia principia ex quibus desumi poterit distinctio earum, v.g. diuersa media aut alia aliqua principia similia; ergo ex eo, quod diuersae scientiae possint habere idem obiectum formale quod, non sequitur quin illud obiectum possit esse specificatiuum parziale, sed solum sequeretur, quod non esset specificatiuum totale.

87. *Contra secundam probationem*, nego antecedens, ad cuius probationem dico, vnicā potestatem bene posse tendere in diuersa obiecta sub diuersis rationibus specificatiuis, modo sint solū partialiter specificata: id quod euidenter patet de intellectu secundum ipsos aduersarios, qui tēdit in obiecta sub tribus illis abstractionibus, quas ipsi vocant rationes *sub qua* & specificatiuas; ergo similiter potest idem oculus tendere in diuersos colores sub diuersis rationibus specificatiuis, quod

Ratio formalis quae iuvat ad distinctionem scientiarum non minus quā ratio sub qua.

quod manifestius erit, si aduertatur, quo sensu istæ rationes formales *qua* sint specificatiuæ.

Quomodo rationes formales quæ sunt specificatiuæ sciæntiæ.
Itaque solū debet esse specificatiuæ in hoc sensu, quod quæcūq; potētia tendit in aliquā rationē formale *quæ*, in quā alia potētia non tendit, inde colligi possit, quod distinguatur ab illa alia potētia, nō vero in hoc sensu quod quælibet ratio formalis *qua* specificatiua determinet sibi unicā tātū potētiā. hæc autē specificatio haberetur, quāuis oculus haberet diuersas rationes formales *qua* specificatiuas, v.g. rationē particulatē albedinis & nigredinis; nā eo ipso quo potest rēdere in albedinē, in quā nō potest tendere auditus, optime colligitur distinctio ipsius ab auditu: & similiter eo ipso quo potest rēdere in nigredinē, in quā nequit audire idē rēdere, similiter colligitur distinctio ipsius ab auditu: sed ex eo quod rēdat in nigredinē, aut albedinē, nequit colligi distinctio ipsius ab intellectu, quia hic etiā rēdit in utrāq;

88. *Ex his patet manifeste*, q. nulla detur vna ratio *sub qua* in omnib. cōclusionib. sciētiæ vllius totalis, & specificatiuæ Physicæ, ex qua sequatur idēitas specificæ sciētiarū actualiū, quibus cognoscūtur. Hinc verō vltērius sequitur, quod nō detur vlla ratio *sub qua* in illis, ex qua sequeretur idēitas specificæ habitus inclinātis ad illas cognitiones: si. n. nō obstāte quacūq; tali ratione ipsæmet sciētiæ actuales sūt distinctæ speciei, etiā habitus erunt distinctæ speciei, maxime quandoquidē habitus inclinans ad vnam possit haberi cum difficultate assentiendi aliis cōclusionibus, vt cōtingit in casu nostro: neque enim qui facilis est ad vnam physicam cōclusionem sciendam, erit eo ipso facilis ad sciēdas ceteras, vt patet experientiā, vnde manifeste ruit tota doctrina proposita ab aduersariis ab stābiliendā suā sententiā.

Improbatur secundò eadē doctrina & sentētia, ostendēdo in particulari q. cōuenientia in eadē abstractione à materia, etiā si talē cōuenientiā haberēt omnes cōclusiones metaphysicæ aut physicæ, aut mathematicæ, nō sufficit ad hoc vt habeāt vnitatē specificam. Probatur ergo hoc, quia omnes cōclusiones omnium sciētiarū cōueniūt in eadē abstractione à materia singulari secūdu aduersarios, & tamē hoc nō sufficit ad hoc vt sciētiæ actuales aut habituales circa ipsas versatæ, sint eiusdē speciei, etiā secūdu aduersarios; ergo cōuenientiā in eadē abstractione à materia intelligibili, quā habēt omnes cōclusiones metaphysicæ, nō sufficit vt omnes cognitiones circa illas versatæ, sint eiusdē speciei. Cōsequētia patet à paritate rationis.

Dices disparitatē esse, q. ex omnib. sciētiis, licet cōueniāt in eadē abstractione à materia singulari, quēdā habēt tamē discōuenientiā in aliis abstractionibus, q. sufficit ad ipsarū distinctionem specificā: sciētiæ autē omnes partiales metaphysicæ nō habēt discōuenientiā in vlla abstractione, & cōsequēter nō debēt distinguī specie.

89. *Cōtra primò*, quia licet nō discōueniant in aliqua abstractione, discōueniunt in aliis principiis vt in obiectis formalibus *quæ*; & in mediis quibus acquiruntur, & hæc discōuenientiā tam sufficit ad eāram distinctionē, quam discōuenientiā in aliquibus abstractionibus.

Cōtra secūdo, quia posset dici q. illa abstractio à materia singulari sit sola ratio specificatiua *sub qua*, & q. eētēre abstractiones essēt materiales, & impertinētēs ad specificationē, sicut aduersarii dicūt de obiectis formalib. *quæ*: hoc autē supposito, discōuenientiā in illis abstractionib. non argueret distinctionē sicut nec discōuenientia in obiectis formalibus *qua* arguit secūdu aduersarios.

Cōtra tertio, quia aliqua cognitio metaphysica rēdit in Deū, vt actū perfectissimū excludēt omne potētiā materialē ac materialitatē, etiā metaphysicā, & aliqua alia rēdit in Angelū, vt potētiā & perfectibilē per formā à se realiter distinctā, sed cōsideratio Dei, vt sic, videtur esse magis abstracta à materia quā cōsideratio Angeli: ergo si discōuenientia in aliqua abstractione à materia sufficit ad distinctionē sciētiarū, Metaph. includet plures cognitiones & habit. distincte rationis cōtra aduersarios.

90. *Confirmatur hoc*: non est potior ratio cur discōuenientia in aliqua abstractione à materia sufficeret ad distinguēdas sciētiās quā discōuenientiā in abstractione ab eadē potētiā: sed hæc non sufficit secūdu aduersarios, quia aliā Metaphysica ex iam dictis inclu-

deret plures sciētiās distinctæ speciei: ergo nec discōuenientia in abstractione à materia aliqua ad id sufficit.

Confirmatur secūdo, quia Deus nō est in eodē gradu immaterialitatis cū vlla substantia creata, maxime secūdu Thomistās, qui propterea negant ipsum posse cōnaturaliter videri ab vllō creato intellectu, & posse dari speciem creatam intelligibilem impressam eius: ergo sciētia, quæ habetur de Deo in Metaphysica, erit distinctæ speciei à sciētiā, quæ habetur de quacūq; creatura. Probatur cōsequētia, quia Deus, si sit magis immaterialis, magis abstrahit à materia: sed maior abstractio à materia sufficit ad diuersitatem sciētiarum: ergo &c.

91. *Improbatur tertio eadē doctrina* ostendēdo, quod quāuis sciētia Metaphysica, Physica, & Mathematica distinguantur specie propter diuersas illas abstractiones, adhuc ramen neutra ex illis sit vna simplex qualitas, sed includat plurimas qualitates distinctas specie. Probatur ergo hoc, quia secundum ipsosmet aduersarios possunt sciētiæ cōuenientes in eadē abstractione à materia esse diuersæ speciei, quando mediæ & principia, per quæ acquiruntur, sunt diuersæ rationis; & tunc sūt diuersæ rationis, quādo mediū vnius nō infertur ex medio alterius, nec utrūq; ex aliquo tertio: sed mediā, per quæ acquirūtur variæ cognitiones metaphysicæ & physicæ, sic se habēt: ergo Metaphysica & physica, & idē est de Mathematica & ceteris sciētiis totalibus, includit multas species. Probatur minor, quia mediū, per quod physica ostēdit dari tria principia corporalis naturalis in fieri; & duo in facto esse, est distinctissimæ rationis à medio, per quod ostēdit non posse dari vacuū, aut dari quatuor genera causarum, aut materiā primā posse vel non posse existere sine forma: nec hæc mediā sequūtur eo se inuicē aut ab alio tertio, sunt enim prorsus disparata; & idem de mediis, quibus Metaphysica ostēdit Angelū esse mobilē ad vbi & ad intellectiones ac volitiones, & Deum intelligere & velle absque mutatione.

Confirmatur, quia mediū sciētiæ propriē dictæ à priori est definitio subiecti, de quo aliquid sic scitur, sed certum est definitionem Angeli & descriptionē Dei & definitionem intellectionis & volitionis esse distinctissimæ rationis, & vnam non sequi ad alteram, nec ex aliquo tertio: ergo mediā sciētiarū metaphysicarum sunt diuersæ rationis in sensu ipsorum aduersariorum.

92. *Improbatur quartò eadē doctrina*, ostendēdo nō posse sumi distinctionē Metaphysicæ, Physicæ, & Mathematicæ ab illis abstractionibus in sensu aduersariorū, quod sic ostēditur. Ideo secūdu ipsos Mathematica distinguitur à Physica, quia abstrahit à materia sēssibili, nō verò ab intelligibili, & ideo distinguitur à Metaphysica, quia nō abstrahit à materia intelligibili, quēadmodū Metaphysica abstrahit: sed Mathematica prorsus abstrahit à materia intelligibili: ergo falsū est principiū illud, vnde colligitur eius distinctio à Physica & metaphysica. Probatur minor, quia materia intelligibilis est materia 1. vel substantia materialis secūdu aduersarios: Mathem. autē nullo modo cōsiderat alterutrā ex his: vnde quāuis nō daretur materia 1. vllō modo, nec substantia materialis, omnis sciētia Math. quæ habetur de quātitate prorsus esset eiusdē rationis ac est de facto, nec vllus Mathem. vt Math. cognoscit aut curat, utrū detur substantia materialis, necne, sed solū cōsiderat ipsā quātitatē secūdu se: ergo totaliter abstrahit Mathem. à materia intelligibili.

93. *Cōfirmatur hoc*, quia licet quātitas omnis de facto sit cōiuncta cū materia sēssibili, hoc est cū aliqua qualitate sēssibili, tamē Mathematica abstrahit à materia sēssibili, si nō cōsiderat quātitatē, vt sic cōiuncta est; & si cognitiones eius de quātitate essēt eodē modo veræ, si nō cōiungeretur ac sūt de facto cū cōiungitur: sed Mathematica nō cōsiderat materiā primā aut substantiam, cui cōiungitur quātitas de facto, & eodē modo cognitiones mathematicæ essēt veræ, ac si nō esset illis cōiuncta quātitas: ergo quāuis reuera cōiungatur, hoc tamē non obstāte Mathematica abstrahit à materia illa intelligibili.

Cōfirmatur hoc, quia Mathematica tā abstrahit à materia intelligibili, quā Arithmetica secūdu aduersarios: sed certū videtur, quod Arithmetica abstrahat à materia in-

Cc 3 telli

Impugnatio
secundum
d. prae.
missa do-
ctrina.

Improbatur
quarta
ta.

telligibili; nā numerus ternarius Angelorū, & quaternarius, & proportionēs eorum tam spectant ad Arithmeticam quam numerus ternarius aut quaternarius rerum corporearum, & omnes demonstrationes Arithmeticae: & quae concludunt de numero Angelorum, ac de numero lapidū vel lignorū, & per accidens prorsus est ad Arithmeticā, quod vnitates, quae sūt principia numeri ab ipsa considerati, sint vnitates corporales aut spirituales: sed numerus Angelorū abstrahit à materia intelligibili: ergo & numerus omnis cōsideratus ab Arithmetica, vt ab ipsa cōsideratur, & cōsequēter distinctio Arithmeticae & Mathematicae à Metaphysica nō debet desumi à diuersa abstractione à materia, seu ex eo quod vna abstrahat à materia intelligibili, & altera nō abstrahat.

Impugnā-
tia quin-
ta.

Dantur
plures ab-
straccio-
nes quā
tres.

94. *Improbatur quintò ostēdēdo esse plures abstractiones quā illas tres, ratione cuius deberēt plures sciētię distinctae: quā illę tres, quod ostēdō hoc modo: Datur aliquod obiectū abstrahibile à materia singulari, & nō abstrahibile à materia sēnsibili, aut intelligibili, vt v.g. color, quatenus est accidēs cōnaturalē corporibus, datur obiectū abstrahibile à materia singulari & intelligibili, nō verò sēnsibili, vt idē color quatenus est determinatiū oculi ad visionē, aut intellectus ad intellectiōnē sui; datur etiā obiectū abstrahibile à materia sēnsibili & singulari, non verò intelligibili, vt quātitas, quatenus cōsideratur à Mathematica secūdū aduersarios. Datur deniq; obiectū abstrahibile à materia singulari, sēnsibili, & intelligibili, vt Angelus v.g. secūdū quod cōsideratur à Metaphysica: ergo datur quatuor abstractiones, seu abstrahibilitates à materia, quib⁹ debēt correspondere quatuor scientia.*

Confirmatur, quia nō est potior ratio cur scientia, quae habetur de quātitate, vt abstrahit à materia sēnsibili, sit distincta rationis à scientia, quae habetur de ipsa, vt cōcernit istam materiam, quā quod scientia, quae habetur de colore, vt abstrahit à materia intelligibili, sit distincta rationis à scientia, quae habetur de ipso, vt concernit illā materiam: sed alterutra ex istis scientiis nō debet spectare ad Physicam, aliās Physica includeret plures scientias distinctas contra aduersarios, nec vlla ex illis spectat ad Metaphysicam aut Mathematicam: ergo debet assignari aliqua alia scientia prāter illas tres & contentas sub illis. Plurima alia possent proponi contra praedictam sententiam & doctrinam, cui innititur: sed haec abunde sufficiunt, nisi superfluant in re tam clara ex se.

Vera sententia & resolutio quāstionis.

95. Vltima deniq; & vera sententia est, quā libet scientiam totalem tam actualē quā habituale, includere varias partes specie distinctas, ex quib⁹ integratur ipsa sciētia totalis, actualis quidē ex actib⁹, habitualis ex habitib⁹ partialib⁹ correspondētibus illis partib⁹. Quae sciētia est omnīu Scōrifiarū & recentiorū cōmuniter, & pater manifeste ex dictis tū hic, tū supra quāst. proximali, quae hic iterū nō sūt repetēda; sed solū est soluēda difficultas principalis huius quāstionis, cur nimirū omnes sciētię metaphysicae dicātur facere vnā scientiā metaphysicā, & omnes sciētię physicae dicātur facere vnā scientiā physicā, potius quā omnes scientię partiales physicae & metaphysicae facerent vnā aliquā scientiam.

Cur om-
nes scien-
tia meta-
physicae
faciunt
vnā scien-
tiā distin-
ctam à
physica.

96. *Respondeo ergo, quantum est ex natura rei, certū esse omnes sciētiās posse integrare aliquā vnā totale cōstatā ex omnib⁹ illis, quae etiā posset vocari vno nomine, si homines imposuissent vnū nomē ad illā significandā. Hoc tamen nō obstat, certū est plures sciētiās partiales, nō obstat, quod distinguātur specie, habere nihilominus aliquā maiore cōueniētiā inter se, quā cū aliis sciētiis, & ratione huius cōueniētię posse in varias classes omnes sciētiās diuidi, ponēdo in vna classe omnes sciētiās, quae habēt aliquā peculiāre similitudinē inter se, & in alia alias nō habētes inter se illā priorē, sed aliā aliquā, & imponēdo nomina significatiua illā specialē similitudinē ei prorsus modū, seruata proportione, quo diximus res omnes posse in varia diuidi pradicamēta. Facta autē huiusmodi diuisione; aggregatū ex sciētiis vnus classis potest dici vna integralis sciētia, & appellari vno nomē; & vnitas ipsius ac distinctio ab aliis sciētiis positūis in aliis classibus desūmi optime poterit ab illa ratione,*

in qua cōueniūt obiecta eius, & ratio totalis: vnde colligi debet an sciētia aliqua spectet ad illam classē, seu ad aliā, erit ordo eius ad illam rationē, aut negatio talis ordinis: nā si habuerit talem ordinē, hoc est, si se extendat ad obiectum sub tali ratione, debet poni in illa classe; si nō dicat talē ordinē, debet poni in alia classe; & si illa ratio, in qua cōueniunt omnia illa obiecta, vocetur ratio sub qua formalis & specificatiua, nō erit id incōueniens, poteritq; dici totalis specificatiua in hoc sensu, quod omnes sciētię respiciēt illam rationē distinguātur ab omnib⁹. quae nō respiciūt illā, & debeāt poni in illa classe, & appellari nomine illo appropriato sciētiis spectantib⁹ ad illā classē, nō verò in illo sēlu, quod omnes sciētię cōueniēt in illa ratione debeāt esse eiusdē speciei inter se, quia licet ab illa ratione nō possint habere diuersitatem, possunt tamē per ordinē ad alia principia.

97. *Hac mihi videtur realissima solutio & declaratio huius rei, & iuxta eā. Dico sciētiās illas partiales, quae agūt de substantiis spiritualibus & cōceptib⁹. cōmunibus illis ac rebus corporeis indagādō naturas earū per definitiones & descriptiones, habere hāc cōnexionē inter se, quod nō cōsiderēt aliquid corporeū, aut subiectū vllō modo sēnsibus; vnde omnes illae sciētię possēt bene poni in vna classe distincta à classe, in qua reponūtur aliae sciētię: & quia ratio, in qua cōueniūt, est ordo ad re nō corporeā, nec materialē, propterea cōueniētissimū nomē, quod imponeretur ipsi, quatenus sic cōuenirent inter se, & discōuenirent ab aliis sciētiis, esset Metaphysica id est sciētia trāsnaturalis seu excedēs naturā, hoc est re materialē aut corporeā. Has ergo sciētiās hoc nomine appellauit Philosoph⁹, & eas in vnā classē redegit, quā vocauit Metaphysicā, hoc est aggregatū ex sciētiis omnib⁹ trāsnaturalibus; quare Metaphysica nō debet cōprehēdere vllā sciētiā de rebus corporalibus. Et hinc cessat difficultas illa, cur Metaphysica nō solū agat de ēte vt sic, sed etiā de aliquib⁹ speciebus eius, v.g. de Angelis, nō verò agat de aliis speciebus eius, nimirū de corpore naturalis; ratio. n. est, quod per Metaphysicā intelligāt Philosophi scientiās, quae agūt de rebus nō corporalibus ergo nulla sciētia appellata Metaph. potest agere de corpore.*

98. *Rursus, quia datur sciētię plures de corporibus naturalibus pluribus, vt de corpore naturali vt sic, & speciebus eius, ac accidētibus ipsis cōnaturalibus per definitiones & descriptiones ipsarum, & quia omnes hae cōueniunt in hac ratione, quod respiciunt res naturales seu corporeas; propterea omnes tales in vnā classē redigi poterant, & aggregatū ex ipsis poterat vocari bene Physica, hoc est scientia naturalis, seu scientia de rebus corporeis, vt corporeae sunt, aut de rebus dicentibus ordinem ad corpus, quatenus dicunt ordinem ipsum, & ita de facto à Philosophis factum est.*

Rursus, quia dantur aliae sciētię plures de pluribus rebus non secundum naturam intrinsecam ipsarum secundum se consideratarum, sed secundum proportionem, quam plura ex ipsis habent ad inuicem, aut ad alia poterant etiam in aliam classē redigi, & ita factum est à Philosophis, dum ceteras huiusmodi scientias comprehendunt sub Mathematica. Hae est ratio adaequatae diuisionis scientiæ speculatiuae in tres illas species vulgatas, Metaphysicam, Physicam, & Mathematicam.

99. *Quod si aliquis vellet alio modo diuidere scientias in alias & alias classes, nō esset id ipsi difficile: posset enim in vnā classē ponere scientias de naturis substantiarum spiritualiū, in aliam, scientias de substantiis corporalibus cōlestibus; in aliā, eas quae essent de substantiis sublunariis; in aliā, sciētiās, quae de accidentibus spiritualibus; in aliam, quae de corporalibus, in aliā, quae de numero, in aliā deniq; quae essent de proportionibus, &c. nec in hoc est aliqua realis difficultas.*

Solet hic agi de diuisione sciētię in practica & speculatiua: sed ex dictis in quāst. proximali quid nobis dicendū sit de vtriūsq; natura, & quomodo distinguātur, facile est colligere. Quare cū nihil aliud addēdū sit, tori Logicae finis est imponēdus, ad DEI Omnipotentis, B. Virginis MARIAE, omniumque SS. ac praecipue FRANCISCI, PATRITII, & ISIDORI gloriam ac honorē. Amen.

T R A C